

DAS BUCH GENESIS
IN DER ÜBERSETZUNG VON EMANUEL SWEDENBORG
HERAUSGEGEBEN VON THOMAS NOACK (2008)

VORWORT

Die lateinische Übersetzung der Genesis stammt von Emanuel Swedenborg und ist in seinem Werk *Arcana Coelestia* zu finden. Ich habe sie der dritten Ausgabe, London 1949 bis 1973, entnommen. Die Fußnoten übernahm ich ebenfalls dieser Ausgabe, übersetzte sie aber ins Deutsche. Wenn die Übersetzung der Fußnoten dem vorliegenden Zusammenhang angepasst wurde, habe ich den ursprünglichen Text unübersetzt in runden Klammern beigegeben.

Zum Text der dritten Ausgabe heißt es in ihrem Vorwort (Preface): »Die vorliegende [dritte] Ausgabe basiert auf der ersten gedruckten Ausgabe und wurde mittels eines sorgfältigen Vergleichs dieser [ersten] Druckausgabe mit dem Autograph hergestellt. Die [zugrundeliegende, erste] Druckausgabe wurde nur da verändert, wo das Autograph augenscheinlich korrekter ist oder wo beide offensichtliche Ungenauigkeiten aufweisen. Diese Veränderungen sind [in der vorliegenden Ausgabe] alle notiert worden, und zwar entweder mittels Fußnoten, mittels Zeichen im Text oder mittels Eintragungen in den Anhang.«

Die folgenden Abkürzungen und Zeichen werden verwendet:

- A Das Autograph der *Arcana Coelestia*
- I Die erste lateinische Ausgabe (London, 1749-1756)
- Sch Die *Biblia Sacra* von Sebastian Schmidt (Argentoratum [Straßburg], 1696)
- AC *Arcana Coelestia* (Himmlische Geheimnisse)
- [...] Alle Texte in eckigen Klammern stammen von dem Herausgeber Thomas Noack.

CAPUT 1

1. In principio creavit DEUS¹ caelum et terram. 2. Et terra erat vacuitas et inanitas, et caligo super faciebus abyssi; et Spiritus DEI se motitans super facies aquarum. 3. Et dixit DEUS, Sit lux, et facta est lux. 4. Et vidit DEUS lucem, quod bona; et distinxit DEUS inter lucem et inter tenebras. 5. Et vocavit DEUS lucem, diem; et tenebras vocavit noctem Et fuit vespera, et fuit mane, dies primus. 6. Et dixit DEUS, Sit expansum in medio aquarum, et sit distinguens inter aquas aquis. 7. Et fecit DEUS expansum illud, et distinxit inter aquas, qua sub expanso, et inter aquas, quae supra expansum; et factum ita. 8. Et vocavit DEUS expansum, caelum. Et fuit vespera, et tui mane, dies secundus. 9. Et dixit DEUS, Congregentur aquae sub caelo ad locum unum et appareat arida; et

¹ Sowohl in A als auch in I finden wir »Jehovah« und »Deus« in den vollständigen Kapiteln aus dem Wort in Großbuchstaben, aber in den folgenden, erklärenden Teilen des Werkes in gewöhnlichen Buchstaben.

factum ita. 10. Et vocavit DEUS aridam, terram, et congregationem aquarum vocavit maria: et vidit DEUS quod bonum. 11. Et dixit DEUS, Progerminare faciat terra herbam teneram, herbam seminificantem semen, arborem fructus facientem fructum secundum speciem suam, in quo semen ejus, super terra; et factum ita. 12. Et produxit terra herbam teneram, herbam seminificantem semen, secundum speciem suam, et arborem facientem fructum, in quo semen ejus, secundum speciem suam; et vidit DEUS quod bonum. 13. Et fuit vespera, et fuit mane, dies tertius. 14. Et dixit DEUS, Sit luminaria in expanso caelorum, ad distinguendum inter diem, et inter noctem; et erunt in signa, et in stata tempora, et in dies, et annos. 15. Et erunt in luminaria in expanso caelorum, ad lucem dandum super terra; et factum ita. 16. Et fecit DEUS duo luminaria magna, luminare magnum ac dominandum die, et luminare minus ad dominandum nocte, et stellas. 17. Et posuit illa DEUS in expanso caelorum, ad lucem dandum super terra; 18. Et ad dominandum in die, et in nocte, et ad distinguendum inter lucem, et inter tenebras; et vidit DEUS quod bonum. 19. Et fuit vespera, et fiat mane, dies quartus. 20. Et dixit DEUS, Prorepere faciant aquae reptile, animam viventem; et avis volitet super terra, super faciebus expansi caelorum. 21. Et creavit DEUS cetos magnos; et omnem animam viventem reptantem, quam prorepere fecerunt aquae, secundum species suas; et omnem avem alae secundum speciem suam; et vidit DEUS quod bonum. 22. Et benedixit iis DEUS, dicendo, Fructificate et multiplicare vos, et implete aquas in maribus; et avis multiplicabitur in terra. 23. Et fuit vespera, et fuit mane, dies quintus. 24. Et dixit DEUS, Producat terra animam viventem secundum speciem suam; bestiam et se movens, et feram istius terrae secundum speciem suam; et factum ita. 25. Et fecit DEUS feram terrae secundum speciem suam; et bestiam secundum speciem suam, et omne reptans humi secundum speciem suam; et vidit DEUS quod bonum. 26. Et dixit DEUS, Faciamus hominem in imaginem Nostram, secundum similitudinem Nostram; et dominabuntur in pisces maris, et in avem caelorum, et in bestiam, et in omnem terram, et in omne reptans, quod reptat super terra. 27. Et creavit DEUS hominem in imaginem Ipsius, in imaginem DEI creavit illum; masculum et feminam creavit illos. 28. Et benedixit illis DEUS, et dixit illis DEUS, Fructificate et multiplicare vos, et implete terram, et subjugate eam; et dominamini in pisces maris, et in avem caelorum, et in omne vivum reptans super terra. 29. Et dixit DEUS, Ecce, do vobis omnem herbam seminificantem semen, quae super faciebus totius terrae, et omnem arborem, in qua fructus; arbor producens semen vobis erit in cibum. 30. Et omni ferae terrae, et omni avi caelorum, et omni reptanti super terra, in quo anima vivens, omne viride herbae in escam; et factum ita. 31. Et vidit DEUS omne quod fecit, et ecce bonum valde. Et fuit vespera, et fuit mane, dies sextus.

CAPUT 2

1. Et absoluti sunt caeli et terra, et omnis exercitus eorum². 2. Et absolvit DEUS in die septimo opus Suum, quod fecit; et quievit in die septimo ab omni opere Suo, quod fecit.

² »illorum« I, aber AC 82 und 83 haben »eorum« (but see n. 82 and 83).

3. Et benedixit DEUS diei septimo, et sanctificavit illum, quia in illo quievit ab omni opere Suo, quod creavit DEUS faciendo. 4. Hae nativitates caelorum et terrae, cum creavit illos, in die quo fecit JEHOVAH DEUS terram et caelos. 5. Et nullum virgultum agri adhuc erat in terra, et nulla herba agri adhuc germinabat, quia non pluere fecit JEHOVAH DEUS super terra; et homo nullus ad colendum humum. 6. Et vaporem ascendere fecit e terra, et irrigavit omnes facies humi. 7. Et formavit JEHOVAH DEUS hominem, pulverem ex humo; et inspiravit in nares ejus spiraculum vitarum; et factus homo in animam viventem. 8. Et plantavit JEHOVAH DEUS hortum in Eden ab oriente; et posuit ibi hominem quem formavit. 9. Et progerminare fecit JEHOVAH DEUS ex humo omnem arborem desiderabilem aspectu, et bonam ab cibum: et arborem vitarum in medio horti; et arborem scientiae boni et mali. 10. Et fluvius exiens ex Eden ad irrigandum hortum; et inde separabatur, et erat in quatuor capita. 11. Nomen primi Pishon, is circumdans totam terram Chavillah, ubi aurum. 12. Et aurum terrae illius bonum; ibi bdellium et lapis shoham. 13. Et nomen fluvii secundi Gichon; is circumdans totam terram Cush. 14. Et nomen fluvii tertii, Chiddekel; is vadit orientaliter versus Asshur; et fluvius quartus, is Phrath. 15. Et accepit JEHOVAH DEUS hominem, et posuit illum in horto Eden, ad colendum illum, et ad custodiendum illum. 16. Et praecepit JEHOVAH DEUS super illum homini, dicendo, Ab omni arbore horti edendo edas: 17. Sed ab arbore scientiae boni et mali, non edas ex illa, quia in die, quo ederis ex illa, moriendo morieris.

18. Et dixit JEHOVAH DEUS, Non bonum ut sit homo solus is; faciam ei auxilium tanquam apud illum. 19. Et formavit JEHOVAH DEUS ex humo omnem bestiam agri: et omnem avem caelorum, et adduxit ad hominem ad videndi quid vocaret id; et quicquid vocabat id homo, animam viventem, id nomen ejus. 20. Et vocabat homo nomina omni bestiae, et avi caelorum, et omni ferae agri; et homini non invenit auxilium tanquam apud illum. 21. Et cadere fecit JEHOVAH DEUS soporem super hominem, et obdormivit; et accepit unam e costis illius, et occlusit carnem loco ejus. 22. Et aedificavit JEHOVAH DEUS costam, quam sumpsit de homine, in mulierem, et adduxit eam ad hominem. 23. Et dixit homo, Hac vice, os de ossibus meis, et caro de carne mea; propter hoc vocabitur uxor, quia ex viro sumpta illa. 24. Propterea relinquet vir patrem suum et matrem suam, et adhaerebit uxori suae, et erunt in carnem unam. 25. Et fuerunt ambo nudi, homo et uxor illius, et non erubuerunt.

CAPUT 3

1. Et serpens fuit astutus prae omni fera agri, quam fecit JEHOVAH DEUS; et dixit ad mulierem, Etiamne dixit DEUS, Non comedetis de omni arbore horti? 2. Et dixit mulier ad serpentem, De fructu arboris horti comedemus. 3. Et de fructu arboris, quae in medio horti, dixit DEUS, Non comedetis de illo, nec tangetis illum, ne inde moriamini. 4. Et dixit serpens ad mulierem, Non moriendo morimini. 5. Quia novit DEUS, quod in die quo editis de eo, et aperiantur oculi vestri, et sitis sicut DEUS, scientes bonum et malam. 6. Et vidit mulier, quod bona arbor ad esum, et quod appetibilis ea oculis, et

desiderabilis arbor ad dandum intelligentiam, et sumpsit ex fructu ejus, et edit; et dedit etiam viro suo secum, et comedit. 7. Et aperti sunt oculi amborum, et cognoverunt quod nudi ii, et consuerunt folium ficus, et fecerunt sibi cingula. 8. Et audiverunt vocem JEHOVAE DEUS, sibi euntem in horto, ad auram diei; et occultavit se homo, et uxor ejus, a facie JEHOVAE DEI, in medio arboris horti. 9. Et clamavit JEHOVAH DEUS ad hominem, et dixit ei, Ubi tu? 10. Et dixit, Vocem Tuam audivi in horto, et timui, quia nudus ego, et occultavi me. 11. Et dixit, Quis indicavit tibi, quod nudus tu? annon de arbore, de qua praecepi tibi ut non edas de ea, edisti? 12. Et dixit homo, Mulier, quam dedisti mecum, ea dedit mihi de arbore, et comedi. 13. Et dixit JEHOVAH DEUS mulieri, Quare hoc fecisti? Et dixit mulier, Serpens decepit me, et edi.

14. Et dixit JEHOVAH DEUS ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus tu prae omni bestia, et prae omni fera agri; super ventre tuo ambulabis, et pulverem edes omnibus diebus vitae tuae. 15. Et inimicitiam ponam inter te, et inter mulierem; et inter semen tuum, et inter semen ejus; Ille conculcabit tibi caput, et tu laedes Illi calcaneum. 16. Et ad mulierem dixit, Multiplicando multiplicabo dolorem tuum, et conceptum tuum; in dolore paries filios, et ad virum tuum oboedientia tua, et hic dominabitur tibi. 17. Et ad hominem dixit, Quia audivisti vocem uxoris tuae, et comedisti de arbore, de qua praecepi tibi dicendo, Non edes de illa, maledicta humus propter te; in magno dolore edes de ea, omnibus diebus vitae tuae. 18. Et spinam et carduum proferet tibi, et edes herbam agri. 19. In sudore vultus tui edes panem, usque dum redis in humum, quia ex ea sumptus es; quia pulvis tu, et ad pulverem redibis.

20. Et vocavit homo nomen uxoris suae Chavah, quia illa erit mater omnis viventis. 21. Et fecit JEHOVAH DEUS homini et uxori ejus tunicas pellis, et vestivit eos. 22. Et dixit JEHOVAH DEUS, Ecce homo fuit sicut unus e nobis, sciendo bonum et malum; et nunc forte mittet manum suam, et sumet etiam ab arbore vitarum, et edat, et vivat in aeternum. 23. Et emisit eum JEHOVAH DEUS ex horto Eden, ad colendum humum, ex qua sumptus. 24. Et ejecit hominem: et habitare fecit ab oriente ad hortum Eden³ cherubos; et flammam gladii vertentis se, ad custodiendum viam arboris vitarum.

CAPUT 4

1. ET homo cognovit Chavam uxorem suam, et concepit e peperit Cain; et dixit, Acquisivi virum, Jehovam. 2. Et addidit parere fratrem ejus, Habel; et fuit Habel pastor gregis, et Cain fuit colens humum. 3. Et factum a fine dierum, et attulit Cain de fructu humi munus JEHOVAE. 4. Et Habel attulit etiam ille de primogenitis gregis sui, et de pinguedine eorum: et aspexit JEHOVAH ad Habel et ad munus illius. 5. Et ad Cain et ad munus ejus non aspexit; et accensa est ira Caino valde, et ceciderunt facies ejus. 6. Et dixit JEHOVAH ad Cain, Quare accensa est ira tibi? et quare ceciderunt facies tuae? 7. Annon si benefacis, elevatio? et si non benefacis, ad januam peccatum cubans; et ad te desiderium ejus, et tu dominaris ei. 8. Et dixit Cain ad Habel, fratrem suum: et erat, cum

³ »Edenis« I.

essent in agro, et surrexit Cain contra Habel fratrem suum, et occidit illum. 9. Et dixit JEHOVAH ad Cain, Ubi Habel frater tuus? et dixit Non scio, an custos fratris mei ego? 10. Et dixit, Quid fecisti? Vox sanguinum fratris tui clamantium ad Me ex humo. 11. Et nunc, maledictus tu de humo, quae aperuit os suum, accipiens sanguines fratris tui e manu tua. 12. Cum coles humum, non addet dare vim suam tibi, vagus et profugus eris in terra. 13. Et dixit Cain ad JEHOVAM, Major iniquitas mea, quam ut auferatur. 14. Ecce ejecisti me hodie desuper faciebus humi; et a faciebus Tuis abscondar, et ero vagus et profugus in terra; et erit omnis inveniens me, occidat me. 15. Et dixit ei JEHOVAH, Quapropter omnis occidens Cain septempliciter vindicabitur; et posuit JEHOVAH Caino signum, ut non percuteret eum quisquam inveniens eum. 16. Et exivit Cain a faciebus JEHOVAE; et habitavit in terra Nod versus orientem Edenis. 17. Et cognovit Cain uxorem suam, et concepit, et peperit Chanoch; et fuit aedificans urbem, et vocavit nomen urbis secundum nomen filii sui Chanoch. 18. Et natus Chanocho, Iradum; et Irad genuit Mehujael; et Mehujael genuit Methushael; et Methushael genuit Lamech. 19. Et accepit sibi Lamech duas uxores; nomen unius Adah, et nomen alterius Zillah. 20. Et peperit Adah Jabal, is erat pater habitantis tentorium, et pecoris. 21. Et nomen fratris ejus Jubal, is erat pater omnis pulsantis citharam et organum. 22. Et Zillah etiam ea peperit Tubal-cain, erudiens omnem artificem aeris et ferri. Et soror Tubal-cain Naamah. 23. Et dixit Lamech uxorebus suis Adah et Zillah, Audite vocem meam uxores Lamechi, et auribus percipite dictum meum, quod virum occidi in vulnus meum, et parvulum in livorem meum. 24. Quod septempliciter vindicabitur Cain, et Lamech septuagies et septies. 25. Et cognovit homo adhuc uxorem suam, et peperit filium, et vocavit nomen ejus Sheth; quia reposuit mihi DEUS semen aliud loco Habelis, quod occiderit illum Cain. 26. Et Shetho etiam illi natus est filius, et vocavit nomen ejus Enosh: tunc coeptum est invocare nomen JEHOVAE.

CAPUT 5

1. HIC liber nativitatum Hominis, die quo creavit DEUS Hominem; in similitudinem DEI fecit illum. 2. Masculum et feminam creavit illos; et benedixit illis; et vocavit nomen illorum Homo, die quo creati sunt. 3. Et vixit Homo triginta et centum annis; et genuit in similitudinem suam, secundum imaginem suam; et vocavit nomen ejus Sheth. 4. Et fuerunt dies Hominis, postquam genuit illum Shethum, octingenti anni; et genuit filios et filias. 5. Et fuerunt omnes dies Hominis, quibus vixit, nongenti anni et triginta anni; et mortuus est. 6. Et vixit Sheth quinque annis et centum annis, et genuit Enosh. 7. Et vixit Sheth, postquam genuit illum Enoshum, septem annis et octingentis annis; et genuit filios et filias. 8. Et fuerunt omnes dies Shethi, duodecim anni et nongenti anni; et mortuus est. 9. Et vixit Enosh nonaginta annis, et genuit Kenan. 10. Et vixit Enosh, postquam genuit illum Kenanem, quindecim annis et octingentis annis; et genuit filios et filias. 11. Et fuerunt omnes dies Enosh, quinque anni et nongenti anni; et mortuus est. 12. Et vixit Kenan septuaginta annis, et genuit Mahalalel. 13. Et vixit Kenan, postquam genuit illum Mahalalelem, quadraginta annis et octingentis annis; et genuit filios et filias. 14. Et fuerunt omnes dies Kenanis, decem anni et nongenti anni; et

mortuus est. 15. Et vixit Mahalalel quinque annis et sexaginta annis, et genuit Jared. 16. Et vixit Mahalalel, postquam genuit illum Jaredum, triginta annis et octingentis annis; et genuit filios et filias. 17. Et fuerunt omnes dies Mahalalelis, quinque et nonaginta anni et octingenti anni; et mortuus est. 18. Et vixit Jared duobus et sexaginta annis et centum annis, et genuit Chanoch. 19. Et vixit Jared, postquam genuit illum Chanochum, octingentis annis; et genuit filios et filias. 20. Et fuerunt omnes dies Jaredi, duo et sexaginta anni et nongenti anni; et mortuus est. 21. Et vixit Chanoch quinque et sexaginta annis, et genuit Methushelach. 22. Et ambulavit sibi Chanoch cum Deo, postquam genuit illum Methushelachum, trecentis annis; et genuit filios et filias. 23. Et fuit omnes dies Chanochi, quinque et sexaginta anni et trecenti anni. 24. Et ambulavit sibi Chanoch cum Deo, et non amplius, quia sumpsit illum Deus. 25. Et vixit Methushelach septem et octoginta annis et centum annis; et genuit Lamech. 26. Et vixit Methushelach, postquam genuit illum Lamechum, duobus et octoginta annis et septingentis annis; et genuit filios et filias. 27. Et fuerunt omnes dies Methushelach, novem et sexaginta anni et nongenti anni; et mortuus est. 28. Et vixit Lamech duobus et octoginta annis et centum annis; et genuit filium. 29. Et vocavit nomen ejus Noach; dicendo, Is consolabitur nos ab opere nostro et a dolore manuum nostrarum ex humo, cui maledixit JEHOVAH. 30. Et vixit Lamech, postquam genuit illum Noachum, quinque et nonaginta annis et quingentis annis; et genuit filios et filias. 31. Et fuit omnes dies Lamechi, septem et septuaginta anni et septingenti anni; et mortuus est. 32. Et fuit Noach filius quingentorum annorum; et genuit Noach Shem, Cham et Japheth.

CAPUT 6

1. ET fuit, quod inciperet homo multiplicare se super faciebus humi, et filiae natae iis. 2. Et viderunt filii Dei filias hominis, quod bonae illae, et acceperunt sibi uxores ab omnibus quas eligebant. 3. Et dixit Jehovah, Non arguet spiritus Meus hominem in perpetuum, eo quod ille caro; et erunt dies ejus centum et viginti anni. 4. Nephilim fuerunt in terra in diebus istis, et quam maxime postquam Intrabant filii Dei ad filias hominis, et genuerunt eis; hi viri fortes, qui a saeculo viri nominis. 5. Et Vidit JEHOVAH, quod multiplicatum malum hominis in terra; et omne figmentum cogitationum cordis ejus solummodo malum omni die. 6. Et paenituit JEHOVAH, quod fecerit hominem in terra; et doluit Ipsi ad cor Ipsius. 7. Et dixit JEHOVAH, Delebo hominem quem creavi desuper faciebus humi, ab homine usque ad bestiam, usque ad reptile, et usque ad avem caelorum, quia paenitet Me quod feci ea. 8. Et Noach invenit gratiam in oculis JEHOVAE.

9. Hae nativitates Noachi; Noach vir justus integer fuit in generationibus suis; cum DEO ambulavit sibi Noach. 10. Et genuit Noach tres filios, Shem, Cham et Japheth. 11. Et corrupta fuit terra coram DEO, et impleta fuit terra violentia. 12. Et vidit DEUS terram, et ecce corrupta fuit, quia corrupti omnis caro viam suam super terra. 13. Et dixit DEUS Noacho, Finis omnis carnis venit coram Me quia impleta est terra violentia a faciebus eorum; et ecce, Ego perdens eos cum terra. 14. Fac tibi arcam lignorum gopher,

mansiones facies arcam et bituminabis eam intus et extus bitumine. 15. Et sic facies illam; trecenti cubiti longitudo arcae, quinquaginta cubiti latitudo ejus, et triginta cubiti altitudo ejus. 16. Fenestram facies arcae, et ad cubitum perficies illam superne et januam arcae in latere ejus pones; infimas, secundanas et tertianas facies illam. 17. Et Ego, ecce Me adducens diluvium aquarum super terram ad perdendum omnem carnem, in qua spiritus vitarum, de sub caelis; omne quod in terra, exspirabit. 18. Et erigam foedus Meum tecum; et intrabis in arcam tu et filii tui, et uxor tua, et uxores filiorum tuorum tecum. 19. Et ab omni vivente, ab omni carne, paria ab omni, intrare facies in arcam ad vivificandum tecum; masculus et femina erunt. 20. Ab ave secundum speciem ejus, et a bestia secundum speciem ejus, ab omni reptili humi secundum speciem ejus; paria ab omnibus intrabunt ad te, ad vivificandum. 21. Et tu sume tibi ab omni cibo, qui comeditur; et collige ad te et erit tibi et illis in cibum. 22. Et fecit Noach secundum omne quod praecepit ei DEUS, ita fecit.

CAPUT 7

1. ET dixit JEHOVAH Noacho, Intra tu et omnis domus tua in arcam, quia te vidi justum coram Me in generatione hac. 2. De omni bestia munda accipias tibi septena septena, virum et uxorem ejus, et de bestia quae non munda illa, bina, virum et uxorem ejus. 3. Etiam de ave caelorum septena septena, masculum et feminam; ad vivificandum semen super faciebus totius terrae. 4. Quia ad dies adhuc septem Ego pluere faciens super terram, quadraginta dies et quadraginta noctes, et delebo omnem substantiam, quam feci, a super faciebus humi. 5. Et fecit Noach secundum omne, quod praecepit ei JEHOVAH.

6. Et Noach filius sexcentorum annorum, et diluvium factum aquaram super terra. 7. Et intravit Noach, et filii ejus, et uxor ejus, et uxores filiorum ejus cum illo, in arcam, a coram aquis diluvii. 8. De bestia munda, et de bestia quae non ea munda, et de avi, et omni quod repit super humo. 9. Bina bina intrarunt ad Noachum in arcam, masculus et femina, quemadmodum praeceperat DEUS Noacho. 10. Et erat ad septem dies, et aquae diluvii erant super terra.

11. In anno sexcentesimo anni vitae Noachi, in mense secundo, septimo decimo die mensis, in die hoc disrupti sunt omnes fontes abyssi magnae, et cataractae caeli apertae. 12. Et fuit imber super terra quadraginta diebus et quadraginta noctibus.

13. In ipso die hoc intravit Noach, et Shem, et Cham et Japheth, filii Noachi, et uxor Noachi, et tres uxores filiorum ejus cum illis, in arcam. 14. Illi, et omnis fera secundum speciem suam, et omnis bestia secundum speciem suam, et omne reptile repens super terra secundum speciem suam, et omnis avis secundum speciem suam, omnis volucris, omne alatum. 15. Et intrarunt ad Noachum in arcam; bina bina de omni carne, in qua spiritus vitarum.

16. Et intrantes, masculus et femina de omni carne intrarunt, quemadmodum praeceperat illi DEUS; et clausit JEHOVAH post illum. 17. Et fuit diluvium quadraginta

dies super terra, et creverunt aquae, et sustulerunt arcam, et elevata est desuper terra. 18. Et corroboratae aquae, et auctae valde super terra; et ivit arca super faciebus aquarum.

19. Et aquae corroboratae valde valde super terra, et operti sunt omnes montes alti, qui sub toto caelo. 20. Quindecim cubitis de sursum superarunt aquae, et operuerunt montes. 21. Et exspiravit omnis caro repens super terra, quoad avem, et quoad bestiam, et quoad feram, et quoad omne reptile reptans super terra; et omnis homo. 22. Omne cui flatus spiritus vitaram in naribus ejus, ab omni, quod in arida, mortua sunt. 23. Et delevit omnem substantiam quae super faciebus humi, ab homine usque ad bestiam, usque ad reptile, et usque ad avem caelorum; et deleta sunt e terra, et relictus tantum Noach et quod cum illo in arca. 24. Et corroboratae sunt aquae super terra quinquaginta et centum dies.

CAPUT 8

1. ET recordatus est DEUS Noachi, et omnis ferae, et omnis bestiae, quae cum illo in arca; et transire fecit DEUS ventum super terram, et desederunt aquae. 2. Et obturati sunt fontes abyssi, et cataractae caeli, et inhibitus est imber e caelo. 3. Et recesserunt aquae de super terra, eundo et redeundo, et defecerunt aquae a fine quinquaginta et centum dierum. 4. Et quievit arca in mense septimo, in septimo decimo die mensis, super montibus Ararat. 5. Et aquae erant eundo et deficiendo usque ad mensem decimum; in decimo, in primo mensis, apparuerunt capita montium.

6. Et factum a fine quadraginta dierum, et aperuit Noach fenestram arcae, quam fecit. 7. Et emisit corvum, et exivit exeundo et redeundo, usque ad exsiccationem aquarum de super terra. 8. Et emisit columbam a secum ad videndum, num diminutae sint aquae de super faciebus humi. 9. Et non invenit columba quietem volae pedis sui, et reversa est ad illum ad arcam, quia aquae super faciebus totius terrae; et emisit manum suam, et accepit illam, et induxit illam ad se in arcam. 10. Et exspectavit adhuc septem dies alios, et perrexit emittere columbam de arca. 11. Et reversa est ad illum columba ad tempus vesperae; et ecce folium olivae decerptum in ore illius; et cognovit Noach quod diminutae aquae de super terra. 12. Et exspectavit adhuc septem dies alios, et emisit columbam, et non addidit redire ad illum amplius. 13. Et factum in primo et sexcentesimo anno, in principio in primo mensis, aruerunt aquae de super terra, et removit Noach tectum arcae, et vidit, et ecce arefactae sunt facies humi. 14. Et in mense secundo, in septimo et vigesimo die mensis, exsiccata est terra.

15. Et locutus est DEUS ad Noachum, dicendo, 16. Exi de arca tu et uxor tua, et filii tui, et uxores filiorum tuorum tecum. 17. Omnis fera quae tecum de omni carne, quoad avem, et quoad bestiam, et quoad omne reptile repens super terra, educ tecum; et diffundant se in terram, et fructificent se, et multiplicentur super terra. 18. Et exivit Noach, et filii ejus, et uxor ejus, et uxores filiorum ejus cum illo. 19. Omnis fera, omne

reptile, et omnis avis, omne repens super terra; secundum familias suas exiverunt de arca.

20. Et aedificavit Noach altare JEHOVAE, et accepit de omne bestia munda, et de omni ave munda, et obtulit holocausta super altari. 21. Et odoratus JEHOVAH odorem quietis, et dixit JEHOVAH in corde Suo, Non addam maledicere amplius humo, propter hominem, quia figmentum cordis hominis malum a pueritia ejus; et non addam amplius percutere omne vivum sicut feci. 22. Adhuc omnibus diebus terrae, sementis et messis, et frigus et aestus, et aestas et hiems, et dies et nox, non cessabunt.

CAPUT 9

1. ET benedixit DEUS Noacho et filiis ejus, et dixit illis, Fructificamini et multiplicami, et implete terram. 2. Et timor vestri et terror vestri sit super omnem bestiam terrae, et super omnem avem caeli; ad omne quod prorepere facit humus, et ad omnes pisces miris, in manus vestras data sunt. 3. Omne reptile quod est vivum, vobis erit in cibum; sicut olus berbae dedi vobis id omne. 4. Solummodo carnem in anima ejus, sanguinem ejus, non comedetis. 5. Et profecto sanguinem vestrum animabus vestris quaeram, e manu omnis ferae quaeram eum, et e manu hominis, e manu viri fratris ejus, quaeram animam hominis. 6. Effundens sanguinem hominis in homine, sanguis ejus effundetur; quia in imaginem DEI fecit hominem. 7. Et vos fructificamini et multiplicamini; effundimini in terram, et multiplicamini in ea.

8. Et dixit DEUS ad Noachum, et ad filios ejus cum illo, dicendo, 9. Et Ego, ecce Ego, erigo foedus Meum cum vobis, et cum semine vestro post vos. 10. Et cum omni anima viva quae cum vobis, ad avem, ad bestiam, et ad omnem feram terrae vobiscum; ab omnibus egredientibus arca, quoad omnem feram terrae. 11. Et erigo foedus Meum vobiscum; et non excidetur omnis caro amplius ab aquis diluvii; et non erit amplius diluvium ad perdendum tenam. 12. Et dixit DEUS, Hoc signum foederis, quod Ego do inter Me et inter vos, et inter omnem animam vivam, quae vobiscum; in generationes saeculi. 13. Arcum Meum dedi in nube, et erit in signum foederis inter Me et inter terram. 14. Et erit in obnubilando Me nube super terram, et videtur arcus in nube. 15. Et recordabor foederis Mei, quod inter Me et inter vos, et inter omnem animam vivam in omni carne; et non erit amplius aquae in diluvium ad perdendum omnem carnem. 16. Et erit arcus in nube, et video eum, ad recordandum foederis aeterni inter DEUM, et inter omnem animam vivam in omni carne, quae super terra. 17. Et dixit DEUS ad Noachum, Hoc signum foederis quod erigo inter Me, et inter omnem carnem, quae super terra.

18. Et fuerunt filii Noachi egressi ex arca, Shem et Cham et Japheth; et Cham is pater Canaanis. 19. Tres hi filii Noachi; et ab illis dispersa est tota terra. 20. Et coepit Noach vir humi, et plantavit vineam. 21. Et bibit de vino, et inebriatus est, et discoopertus fuit in medio tentorii sui. 22. Et vidit Cham, pater Canaanis, nuditatem patris sui, et indicavit duobus fratribus suis foris. 23. Et accepit Shem et Japheth vestem, et posuerunt super humero ambo illi, et iverunt retrorsum, et texerunt nuditatem patris

sui; et facies eorum retrorsum, et nuditatem patris sui non viderunt. 24. Et expergefactus Noach e vino suo, et rescivit quod fecit ei filius ejus minor. 25. Et dixit, Maledictus Canaan, servus servorum erit fratribus suis. 26. Et dixit, Benedictus JEHOVAH DEUS Shemi, et erit Canaan servus illi. 27. Dilatet DEUS Japhetum et habitabit in tentoriis Shemi, 28. Et vixit Noach post diluvium, trecentis annis et quinquaginta annis. 29. Et fuerunt omnes dies Noachi nongenti anni et quinquaginta anni; et mortuus est.

CAPUT 10

1. Et hae nativitates filiorum Noachi, Shem, Cham, et Japheth; et nati sunt illis filii post diluvium. 2. Filii Japheti, Gomer, et Magog, et Madai, et Javan, et Tubal, et Meshech, et Tiras. 3. Et filii Gomer; Ashkenaz, et Riphath, et Togarmah. 4. Et filii Javan; Elishah, et Tarshish, Kittim, et Dodanim. 5. Ex his dispersae sunt insulae gentium, in terris suis, quaelibet juxta linguam suam, juxta familias suas, quoad gentes suas. 6. Et filii Cham; Cush, et Mizraim, et Put, et Canaan. 7. Et filii Cush; Seba, et Chavilah, et Sabtah, et Raamah, et Sabteca. Et filii Raamae; Sheba, et Dedan. 8. Et Cush genuit Nimrodum; is coepit esse potens in terra. 9. Is fuit potens venatione coram JEHOVAH; propterea dicebatur, Sicut Nimrod potens venatione coram JEHOVAH. 10. Et fuit principium regni ejus Babel, et Erech, et Accad, et Calneh, in terra Shinar. 11. E⁴ terra ista egressus est Asshur, et aedificavit Niniven, et Rechoboth urbem, et Calach. 12. Et Resen inter Niniven et inter Calach; haec urbs illa magna. 13. Et Mizraim genuit Ludim, et Anamim, et Lehabim, et Naphtuchim. 14. Et Pathrusim, et Casluchim, ex quibus egressi sunt Pelishtim, et Caphtorim. 15. Et Canaan genuit Zidonem, primogenitum suum, et Chethum. 16. Et Jebusi, et Emori, et Girgashi. 17. Et Chivi, et Arki, et Sini. 18. Et Arvadi, et Zemari, et Chamathi: et postea dispersae sunt familiae Canaanitarum. 19. Et fuit terminus Canaanitarum a Zidone veniendo ad Gerar, usque ad Azzam⁵, veniendo ad Sodomam, et Amoram⁶, et Admam, et Zeboim, usque ad Lasha. 20. Hi filii Chami, secundum familias suas, secundum linguas suas, in terris eorum, in gentibus eorum. 21. Et Shemo natum est etiam: ille pater omnium filiorum Eberi; frater Japheti major. 22. Filii Shemi; Elam, et Asshur, et Arpachshad, et Lud, et Aram. 23. Et filii Aram; Uz, et Chul, et Gether, et Mash. 24. Et Arpachshad genuit Shelachum; et Shelach genuit Eberum. 25. Et Ebero nati sunt bini filii, nomen unius Peleg, quia in diebus ejus divisa est terra; et nomen fratris ejus Joktan. 26. Et Joktan genuit Almodad, et Sheleph, et Chazarmaveth, et Jerah. 27. Et Hadoram, et Uzal, et Diklah. 28. Et Obal, et Abimael, et Sheba. 29. Et Ophir, et Chavilah, et Jobab; omnes hi filii Joktanis. 30. Et fuit habitatio eorum a Mesha, veniendo ad Sephar, montem orientis. 31. Hi filii Shemi, secundum familias illorum, secundum linguas illorum, in terris illorum, secundum gentes illorum.

⁴ I hat »Et«

⁵ Heb. עִיזָה ('azzah) = Gaza.

⁶ Heb. עֲמֹרָה ('amorah) = Gomorra.

32. Hae familiae filiorum Noachi, secundum nativitates eorum, in gentibus eorum; et ab illis dispersae sunt gentes in terra post diluvium.

CAPUT 11

1. ET fuit tota terra labium unum, et verba una. 2. Et fuit, cum proficiscerentur ii ab oriente, et invenerunt vallem in terra Shinar, et habitaverunt ibi. 3. Et dixerunt vir ad socium suum, Age, laterificemus lateres, et aduramus in adustum; et fuit iis later pro lapide, et bitumen fuit iis pro luto. 4. Et dixerunt, Age, aedificemus nobis urbem et turrim, et caput ejus in caelo; et faciamus nobis nomen, ne forte dispergamur super facies totius terrae. 5. Et descendit JEHOVAH ad videndum urbem et turrim, quam aedificabant filii hominis. 6. Et dixit JEHOVAH, En populus unus, et labium unum omnibus illis, et hoc inceptum eorum ad faciendum; et nunc non prohiberetur ab iis omne quod cogitarunt facere. 7. Age, descendamus, et confundamus ibi labium eorum, ut non audiant vir labium socii sui. 8. Et dispersit JEHOVAH eos inde super facies totius terrae; et cessarunt aedificare urbem. 9. Propterea vocavit nomen ejus Babel, quia ibi confudit JEHOVAH labium totius terrae; et inde dispersit eos JEHOVAH super facies totius terrae. 10. Hae nativitates Shemi; Shem filius centum annorum, et genuit Arpachshad, duobus annis post diluvium. 11. Et vixit Shem, postquam genuit illum Arpachshad, quingentis annis; et genuit filios et filias. 12. Et Arpachshad vixit quinque et triginta annis, et genuit Shelachum. 13. Et vixit Arpachshad, postquam genuit illum Shelachum, tribus annis et quadringentis annis; et genuit filios et filias. 14. Et Shelach vixit triginta annis, et genuit Eberum. 15. Et vixit Shelach, postquam genuit illum Eberum, tribus annis et quadringentis annis; et genuit filios et filias. 16. Et vixit Eberus quatuor et triginta annis, et genuit Pelegum. 17. Et vixit Eberus, postquam genuit illum Pegum, triginta annis et quadringentis annis; et genuit filios et filias. 18. Et vixit Peleg triginta annis, et genuit Reu. 19. Et vixit Peleg, postquam genuit illum Reu, novem annis et ducentis annis; et genuit filios et filias. 20. Et vixit Reu duobus et triginta annis, et genuit Serugum. 21. Et vixit Reu, postquam genuit illum Serugum, septem annis et ducentis annis; et genuit filios et filias. 22. Et vixit Serug triginta annis, et genuit Nachorem. 23. Et vixit Serug, postquam genuit illum Nachorem, ducentis annis; et genuit filios et filias. 24. Et vixit Nachor novem et vighiti annis, et genuit Terachum. 25. Et vixit Nachor, postquam genuit illum Terachum, novendecim annis et centum annis; et genuit filios et filias. 26. Et vixit Terach septuaginta annis, et genuit Abramum, Nachorem et Haranem. 27. Et hae nativitates Terachi; Terach genuit Abramum, Nachorem, et Haranem; et Haran genuit Lotum. 28. Et mortuus est Haran super facies Terachi, patris sui, in terra nativitatis suae, in Ur Chaldaeorum. 29. Et accepit Abram et Nachor sibi uxores; nomen uxoris Abrami Sarai, et nomen uxoris Nachoris Milkah, filia Haranis, patris Milkae, et patris Jiskae. 30. Et fuit Sarai sterilis, nulla ei proles. 31. Et accepit Terach Abramum, filium suum, et Lotum filium Haranis, filium filii sui, et Sarai nurum suam, uxorem Abrami filii sui; et exiverunt cum illis ex Ur Chaldaeorum, ad eundem in terram Canaan; et venerunt usque ad Haran, et manserunt ibi. 32. Et fuerunt dies Terachi, quinque anni et ducenti anni; et mortuus est Terach in Charan.

CAPUT 12

1. ET dixit JEHOVAH ad Abramum, Abi tibi e terra tua, et e nativitate tua, et e domo patris tui, ad terram quam videre faciam te. 2. Et faciam te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnum faciam nomen tuum; et eris benedictio. 3. Et benedicam benedicientibus tibi, et maledicenti tibi maledicam; et benedicentur in te omnes familiae humi. 4. Et ivit Abram, quemadmodum locutus ad illum JEHOVAH, et ivit cum illo Lot; et Abram filius quinque annorum et septuaginta annorum, cum exivit e Harane. 5. Et accepit Abram Sarai uxorem suam, et Lotum filium fratris sui, et omnem acquisitionem illorum, quam acquisiverunt, et animam quam fecerant in Charan; et exiverunt ad eundem in terram Canaan, et venerunt in terram Canaan. 6. Et transivit Abram per terram usque ad locum Shechem, usque ad quercetum Moreh; et Canaanita tunc in terra. 7. Et visus JEHOVAH Abramo, et dixit, Semini tuo dabo terram hanc; et aedificabat ibi altare JEHOVAE, Qui visus illi. 8. Et transtulit inde in montem ab oriente Betheli, et tetendit tentorium; Bethel a mari, et Ai ab oriente; et aedificavit ibi altare JEHOVAE, et invocavit nomen JEHOVAE. 9. Et profectus Abram eundo et proficiscendo versus meridiem. 10. Et fuit fames in terra; et descendit Abram in Aegyptum ad peregrinandum ibi; quia gravis fames in terra. 11. Et factum, ut cum appropinquavit ad veniendum in Aegyptum, et dixit ad Sarai uxorem suam, Ecce quaeso, novi quod femina pulchra aspectu tu. 12. Et erit, cum viderint te Aegyptii, et dicent, Uxor illius haec, et occident me, et te vivificabunt. 13. Dic quaeso, soror mea tu; propterea ut bene fiat mihi propter te, et vivat anima mea tui causa. 14. Et factum, cum venit Abram in Aegyptum, et viderunt Aegyptii feminam, quod pulchra illa valde. 15. Et viderunt illam principes Pharaonis, et laudaverunt illam ad Pharaonem; et assumpta est femina domum Pharaonis. 16. Et Abramo benefecit propter illam; et fuit illi grex et armentum, et asini et servi, et ancillae et asinae, et cameli. 17. Et percussit JEHOVAH Pharaonem plagis magnis, et domum ejus, propter verbum Sarai, uxoris Abrami. 18. Et vocavit Pharaoh Abramum, et dixit, Quid hoc fecisti mihi? quare non indicasti mihi, quod uxor tua illa? 19. Quare dixisti, Soror mea illa? et accepissem illam mihi in mulierem; et nunc, ecce uxor tua, accipe et vade. 20. Et praecepit super illo Pharaoh viris; et dimiserunt illum, et uxorem illius, et omnia quae illi.

CAPUT 13

1. Et ascendit Abram ex Aegypto, ipse et uxor illius, et omne quod illi, et Lot cum illo, versus meridiem. 2. Et Abram gravis valde pecore, argento et auro. 3. Et ivit secundum itinera sua, a meridie et usque Bethelem, usque ad locum, ubi fuit tentorium illius in initio, inter Bethel et inter Ai. 4. Ad locum altaris quod fecit ibi in principio; et invocavit ibi Abram nomen JEHOVAH. 5. Et etiam Loto eunti cum Abramo, fuit grex et armentum, et tentoria. 6. Et non ferebat illos terra ad habitandum simul, quia fuit acquisitio illorum magna, et non potuerunt habitare simul. 7. Et fuit lis inter pastores pecoris Abrami, et inter pastores Pecoris Loti: et Canaanita et Perizzita tunc habitans in terra. 8. Et dixit Abram ad Lotum, Ne quaeso sit contentio inter me et inter te, et inter pastores meos et

inter pastores tuos, quia viri fratres nos. 9. Nonne tota terra coram te? separare quaeso a me, si ad sinistram et ibo dextram, et si ad dextram et ibo sinistram. 10. Et sustulit Lot oculos suos, et vidit omnem planitiem Jardenis, quod tota ea irrigua, antequam perdidit JEHOVAH Sodomam et Amoram, sicut hortus JEHOVAE, sicut terra Aegypti veniendo Zoar. 11. Et elegit sibi Lot omnem planitiem Jardenis; et profectus Lot ab oriente, et separabantur vir a fratre suo. 12. Abram habitabat in terra Canaanis, et Lot habitavit in urbibus planitiei, et tentoriavit usque ad Sodomam. 13. Et viri Sodomae mali et peccatores JEHOVAE valde. 14. Et JEHOVAE dixit ad Abram, postquam separatus Lot ab Tolle quaeso oculos tuos, et vide e loco quo tu ibi, versus septentrionem, et versus meridiem, et versus orientem, et versus occidentem. 15. Quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo illam, et semini tuo usque in aeternam. 16. Et ponam semen tuum sicut pulverem terrae, quod si possit quis numerare pulverem terrae, etiam semen tuum numerabitur. 17. Surge, ambula per terram, secundum longitudinem ejus, et secundum latitudinem ejus, quia tibi dabo illam. 18. Et tentoriavit Abram, et venit et habitavit in quercetis Mamre quae in Chebron, et aedificabat ibi altare Jehovae.

CAPUT 14

1. ET fuit in diebus Amraphelis regis Shinar, Ariochi regis Ellasar, Kedorlaomeri regis Elami, et Tidalis regis Goiim, 2. Fecerunt bellum cum Bera rege Sodomae, et cum Birsha rege Amorae, Shinab rege Admae, et Shemeber rege Zeboiim, et rege Belae, haec Zoar. 3. Omnes hi congregati sunt ad vallem Siddim, haec mare salis. 4. Duodecim annis serviverunt Kedorlaomero, et tertio decimo anno rebellarunt. 5. Et in quarto decimo anno venit Kedorlaomer, et reges qui cum illo, et percusserunt Rephaim in Astheroth Karnaim, et Zuzim in Cham, et Emim in Shave Kiriathaim. 6. Et Choritas in monte eorum Seir, usque El-paran, quae super in desertum. 7. Et reversi sunt et venerunt ad En-mishpat, haec Kadesh, et percusserunt omnem agrum Amalekitarum, et etiam Emoraeum habitantem in Hazon-tamar. 8. Et exivit rex Sodomae, et rex Amorae, et rex Admae, et rex Zeboiim, et rex Belae, haec Zoar, et, ordinaverunt cum iis praelium in valle Siddim; 9. Cum Kedorlaomero rege Elam, et Tidale rege Goiim, et Amraphele rege Shinar, et Ariochi rege Ellasar; quatuor reges cum quinque. 10. Et vallis Siddim putei bituminis; et fugerunt rex Sodomae et Amorae, et ceciderunt ibi, et residui in montem fugerunt. 11. Et sumpserunt omnes opes Sodomae et Amorae, et omnem cibum eorum, et abiverunt. 12. Et sumpserunt Lotum, et acquisitionem ejus, filium fratri Abrami, et abiverunt; et is habitans in Sodoma. 13. Et venit evasor, et indicavit Abramo Hebraeo, et is habitans in quercetis Mamre Emoraei, fratris Eshkoli, et fratris Aneri; et hi viri foederis Abrami. 14. Et audivit Abram, quod captivus factus frater ejus, et expeditus initiatos suos, natos domus suae, octodecim et trecentos et persecutus est usque Dan. 15. Et distribuit se super eos noctu, ille et servi illius, et percussi eos, et persecutus est eos usque ad Hobam, quae a sinistra Damasco 16. Et reduxit omnem acquisitionem; et etiam Lotum fratrem suum, et acquisitionem ejus, reduxit, et etiam mulieres et populum. 17. Et exivit rex Sodomae obviam illi, postquam reversus est ille a percutiendo Kedorlaomerum, et reges qui cum illo, ad vallem Shaveh, haec vallis regis.

18. Et Malkizedech, rex Shalem, eduxit panem et vinum, et ille sacerdos DEO ALTISSIMO. 19. Et benedixit illi, et dixit, Benedictus Abram DEO ALTISSIMO Possessori caelorum et terrae. 20. Et benedictus DEUS ALTISSIMUS, Qui tradidit hostes tuos in manum tuam; et dedit illi decimas de omnibus. 21. Et dixit rex Sodomae ad Abramum, Da mihi animam, et acquisitionem accipe tibi. 22. Et dixit Abram ad regem Sodomae, Elevavi manum meam ad JEHOVAH DEUM ALTISSIMUM, Possessorem caelorum et terrae. 23. Si a filo et usque ad corrigiam calcei, et si accepero ab ullo quod tibi, ne dicas, Ego ditavi Abramum. 24. Praeter tantum quod comederunt pueri, et portionem virorum, qui iverunt mecum, Aner, Eshkol et Mamre, hi accipient portionem suam.

CAPUT 15

1. POST verba haec factum est verbum JEHOVAE ad Abram, in visione, dicendo, Ne timeas Abram, Ego clypeus tibi, merces tua multa valde. 2. Et dixit Abram, DOMINE JEHOVIH, quid dabis mihi, et ego ambulans improles⁷, et filius procurator domus meae, is Damascenus Eliezer? 3. Et dixit Abram, En mihi non dedisti semen, et ecce illius domus meae hereditans me. 4. Et ecce verbum JEHOVAE ad illum, dicendo, Non hereditabit te hic, verum qui egredietur e visceribus tuis, ille hereditabit te. 5. Et educens illum foras, et dixit, Specta quaeso versus caelum, et numera stellas, si poteris numerare illas; et dixit illi, Ita erit semen tuum. 6. Et credit in JEHOVAM, et imputavit illud ipsi in justitiam. 7. Et dixit ad illum, Ego JEHOVAH, Qui eduxi te ex Ur Chaldaeorum, ad dandum tibi terram hanc, ad hereditandum illam. 8. Et dixit, DOMINE JEHOVIH, ex quo cognoscam quod hereditabo illam. 9. Et dixit ad illum, Accipe tibi⁸ vitulam triennem, et capram triennem, et arietem triennem, et turturem, et pullum. 10. Et accepit sibi omnia illa, et partitus est illa in medium, et dedit quamvis partem suam obviam alteri; et volucrem non partitus. 11. Et descendit volatile super corpora, et abegit illa Abram. 12. Et fuit sol ad occidendum, et sopor cecidit super Abram, et ecce terror tenebrarum magnarum cadens super illum. 13. Et dixit Abramo, Cognoscendo cognosces, quod peregrinum erit semen tuum in terra, non illis; et servient iis⁹, et affligent illos quadringentis annis. 14. Et etiam gentem, cui servient, judicabo Ego; et postquam ita, exhibunt acquisitione magna. 15. Et tu venies ad patres tuos in pac, sepelieris in senio bono. 16. Et generatione quarta redibunt huc, quia non consummata iniquitas Emoraeorum usque huc. 17. Et fuit, sol occidit, et caligo facta, et ecce furnus fumi; et fax ignis, quae transivit inter segmenta illa. 18. In die illo pepigit JEHOVAH cum Abramo foedus, dicendo: Semini tuo dabo terram hanc, a fluvio Aegypti, usque fluvium magnum fluvium Phrath. 19. Kenitam, et Kenizzitam, et Kadmonitam. 20. Et Chittitam, et Perizzitam, et Rephaim. 21. Et Emoritam, et Canaanitam, et Girgashitam, et Jebusitam.

⁷ I hat überall im Kapitel [»chapter« meint hier nicht nur dieses Kapitel der Genesis, sondern auch die anschließende Auslegung Swedenborgs in AC] »improlis«.

⁸ Heb. = Mihi.

⁹ AC 1840 und 1845 haben »servient illis«. »Iis« scheint besser, da es eine Bezugnahme hat, die sich von dem folgenden »illos« in »affligent illos« unterscheidet.

CAPUT 16

1. ET Sarai uxor Abrami non peperit illi; et ei ancilla Aegyptia, et nomen ejus Hagar. 2. Et dixit Sarai ad Abram, Ecce quaeso conclusit me JEHOVAH a pariendo, ingredere quaeso ad ancillam meam forte aedificabor ab ea et; et auscultavit Abram voci Sarai. 3. Et accepit Sarai uxor Abrami Hagarem Aegyptiam ancillam suam, a fine decem annorum ab habitando Abram in terra Canaan, et dedit Abramo viro suo, illi in mulierem. 4. Et ingressus ad Hagarem, et concepit; et vidit quod conceperit, et vilis fuit domina ejus in oculis ejus. 5. Et dixit Sarai ad Abram, Injuria mea super te, ego dedi ancillam meam in sinum tuum, et vidit quod concepit, et vilis sum in oculis ejus, judicet JEHOVAH inter me et inter te. 6. Et dixit Abram ad Sarai, Ecce ancilla tua in manu tua, fac ei quod bonum in oculis tuis; et humiliavit eam Sarai, et fugit a facie ejus. 7. Et invenit eam angelus JEHOVAE ad fontem aquarum in deserto, ad fontem in via Shur. 8. Et dixit, Hagar, ancilla Sarai, unde venis? et quo vadis? et dixit, A facie Sarai dominae meae ego fugio. 9. Et dixit ei angelus JEHOVAE, Revertere ad dominam tuam, et humilia te sub manibus illius. 10. Et dixit ei angelus JEHOVAE, Multiplicando multiplicabo semen tuum, et non numerabitur prae multitudine. 11. Et dixit ei angelus JEHOVAE, Ecce tu gravida, et paries filium, et appellabis nomen ejus Ismael, quia audivit JEHOVAH ad afflictionem tuam. 12. Et is erit onager homo, manus ejus in omnes, et manus omnium in eum, et contra facies omnium fratrum suorum habitabit. 13. Et vocavit nomen JEHOVAE loquentis ad se, TU DEUS videns me, quia dixit, Num etiam hic vidi post videntem me? 14. Propterea vocavit fontem, fons Vivo videnti me; ecce inter Kadesh et inter Bared. 15. Et peperit Hagar Abramo filium, et vocavit Abram nomen filii sui, quem peperit Hagar, Ismael. 16. Et Abram filius octoginta annorum et sex annorum, in pariendo Hagar Ismaelem Abramo.

CAPUT 17

1. ET fuit Abram filius nonaginta annorum et novem annorum, et apparuit JEHOVAH¹⁰ ad Abramum, et dixit ad illum, Ego DEUS ^[s. zu JEHOVAH v.1] Shaddai, ambula tibi coram me, et esto integer. 2. Et dabo foedus Meum inter Me et inter te, et multiplicabo te in valde ¹¹ valde. 3. Et cecidit Abram super facies suas; et locutus est cum illo DEUS, dicendo, 4. Ego, ecce foedus Meum cum te, et eris in patrem multitudinis gentium. 5. Et non vocabitur amplius nomine tuo Abram, et erit nomen tuum Abraham, quia patrem multitudinis gentium dedi te. 6. Et fructificabo temet in valde valde, et dabo te in gentes; et reges ex te exhibunt. 7. Et erigam foedus Meum inter Me et inter te, et inter semen tuum post te in generationes illorum, in foedus aeternum, ad esse tibi in DEUM, et semini tuo post te. 8. Et dabo tibi, et semini tuo post te, terram peregrinationum tuarum, omnem terram Canaan, in possessionem aeternam, et ero illis in DEUM. 9. Et dixit DEUS ad Abraham, Et tu foedus Meum custodies, tu et semen tuum post te, in

¹⁰ In A gibt es keine doppelten Unterstreichungen, um Großbuchstaben in diesem Kapitel zu kennzeichnen.

¹¹ Füge »et« ein.

generationes eorum. 10. Hoc foedus Meum quod custodietis inter Me et inter vos, et inter semen tuum post te, circumcidi vobis omnem masculum. 11. Et circumcidetis carnem praeputii vestri, et erit in signum foederis inter Me et inter vos. 12. Et filius octo dierum circumcidetur vobis, omnis masculus, in generationes vestras, natus domus, et emptio argenti, ab omni filio alienigena, qui non e semine tuo ille. 13. Circumcidendo circumcidetur natus domus tuae, et emptio argenti tui, et erit foedus Meum in carne vestra in foedus aeternum. 14. Et praeputiatus masculus, qui non circumciditur carne praeputii sui, et excidetur anima illa ex populis suis, foedus Meum irritum fecit. 15. Et dixit DEUS ad Abraham, Sarai uxor tua non vocabis nomine ejus Sarai, quoniam Sarah nomen illius. 16. Et benedicam ^cilli, et etiam dabo ex illa tibi filium; et benedicam ^cilli, et erit in gentes, reges populorum ex illa erunt. 17. Et cecidit Abraham super facies suas, et risit, et dixit in corde suo, Num filio centum annorum nascetur? et an Sarah filia nonaginta annorum pariet? 18. Et dixit Abraham ad DEUM, Utinam Jishmael vivat coram Te. 19. Et dixit DEUS, Vere Sarah uxor tua pariens tibi filium, et vocabis nomen illius Jischak, et erigam foedus Meum cum illo in foedus aeternum semini illius post illum. 20. Et quoad Jishmaelem audivi te, ecce benedicam illi, et fructificari faciam illum, et multiplicari faciam illum in valde valde; duodecim principes gignet, et dabo illum in gentem magnam. 21. Et foedus Meum erigam cum Jischako, quem pariet tibi Sarah, ad statum tempus hoc in anno sequente. 22. Et absolvit ad loquendum cum illo, et ascendit DEUS desuper Abrahamo. 23. Et accepit Abraham Jishmaelem filium suum, et omnes natos domus suae, et omnem emptionem argenti sui, omnem masculum in viris domus Abrahami, et circumcidit carnem praeputii eorum in eodem die hoc, quemadmodum locutus cum illo DEUS. 24. Et Abraham filius nonaginta et novem annorum, in circumcidendo illo carnem praeputii sui. 25. Et Jishmael filius illius, filius tredecim annorum, in circumcidendo illi carnem praeputii ejus. 26. In eodem die hoc circumcisis est Abraham, et Jishmael filius ejus. 27. Et omnes viri domus ejus, natus domus, et emptio argenti, a filio alienigena, circumcisi sunt cum illo.

CAPUT 18

1. Et apparuit illi JEHOVAH, in quercetis Mamre, et ille sedens ad januam tentorii, incalescente die. 2. Et sustulit oculos suos, et vidit, et ecce tres viri stantes super illum; et vidit, et cucurrit obviam illis, a janua tentorii, et incurvavit se versus terram. 3. Et dixit, Domine mi, si quaeso inveni gratiam in oculis tuis, ne quaeso transeas desuper servo tuo. 4. Accipiatur quaeso parum aquae, et lavate pedes vestros, et incumbite sub arbore. 5. Et accipiam frustum panis, et fulcite cor vestrum, postea transeatis, nam quamobrem transiistis ad servum vestrum; et dixerunt, Ita facias quemadmodum locutus es. 6. Et festinavit Abraham versus tentorium ad Sarah, et dixit, Festina tria sata farinae similaginis, pinse, et fac placentas. 7. Et ad armentum cucurrit Abraham, et accepit filium bovis tenerum et bonum, et dedit ad puerum, et festinavit ad faciendum illum. 8. Et accepit butyrum et lac, et filium bovis, quem fecit, et dedit coram illis; et ille stans ante illos sub arbore, et comederunt. 9. Et dixerunt ad illum, Ubi Sarah uxor tua? et dixit, Ecce in tentorio. 10. Et dixit, Revertendo revertar ad te juxta tempus hoc vitae et

ecce filius Sarae uxori tuae; et Sarah audiens ad januam tentorii et ea post illum. 11. Et Abraham et Sarah senes, intrantes in dies, desiit esse Sarae via sicut mulierum. 12. Et risit Sarah intra se, dicendo, Postquam consenui, num erit mihi voluptas, et dominus meus senex? 13. Et dixit JEHOVAH ad Abraham, Cur hoc risit Sarah, dicendo, Num etiam vere pariam, et ego consenui? 14. Nam mirabile erit pro JEHOVAH quicquam? Ad tempus statum revertar ad te, juxta tempus hoc vitae, et Sarae filius. 15. Et negavit Sarah, dicendo, Non risi; quia timuit, et dixit, Non, quod risisti. 16. Et surrexerunt inde viri, et prospexerunt ad facies Sodomae, et Abraham vadens cum illis, ad dimittendum illos. 17. Et JEHOVAH dixit, Num celans Ego ab Abrahamo, quod Ego faciens? 18. Et Abraham essendo erit in gentem magnam et numerosam; et benedicentur in illo omnes gentes terrae. 19. Quia novi illum, propterea quod praecipiet filiis suis, et domui suae post se, et custodient viam JEHOVAE ad faciendum justitiam et judicium; propterea ut adducat JEHOVAH super Abrahamum illud quod locutus est super illum. 20. Et dixit JEHOVAH, Clamor Sodomae et Amoraee, quod magnus factus sit, et peccatum eorum quod grave factam valde. 21. Descendam quaeso, et videbo, num secundum clamorem ejus, qui venit ad Me, fecerint consummationem; et si non, cognoscam. 22. Et prospexerunt inde viri, et iverunt versus Sodomam; et Abraham adhuc ille stans coram JEHOVAH. 23. Et accessit Abraham, et dixit, Num etiam delebis justum cum impio? 24. Forte sint quinquaginta justus in medio urbis; num etiam delebis, et non parces loco propter quinquaginta justos, qui in medio ejus? 25. Absit Tibi a faciendo secundum rem hanc, ad mori faciendum justum cum impio, et sit sic justus sicut impius; absit Tibi, num Judex totius terrae non faciet judicium? 26. Et dixit JEHOVAH, Si invenero in Sodoma quinquaginta justos in medio urbis, et parcam toti loco propter eos. 27. Et respondit Abraham, et dixit, Ecce quaeso suscepi ad loquendum ad Dominum meum, et ego pulvis et cinis. 28. Forte defuerint quinquaginta justis quinque, num disperdes in quinque totam urbem? Et dixit, Non perdam, si invenero ibi quadraginta quinque. 29. Et addidit adhuc loqui ad Ipsum, et dixit, Forte inventi fuerint ibi quadraginta; et dixit, Non faciam propter quadraginta. 30. Et dixit, Ne quaeso succenseatur Domino meo, et loquar; forte inventi fuerint ibi triginta; et dixit, Non faciam, si invenero ibi triginta. 31. Et dixit, Ecce quaeso suscepi ad loquendum ad Dominum meum, forte inventi fuerint ibi viginti; et dixit, Non perdam propter viginti. 32. Et dixit, Ne quaeso succenseatur Domino meo, et loquar tantum hac vice; forte inventi fuerint ibi decem; et dixit, Non perdam propter decem. 33. Et ivit JEHOVAH, quando absolvit loqui ad Abrahamum; et Abraham reversus ad locum suum.

CAPUT 19

1. ET venerunt duo angeli Sodomam in vespera, et Lot sedens in porta Sodomae, et vidit Lot, et surrexit obviam illis, et incurvavit se facies in terram. 2. Et dixit, Ecce quaeso Domini mei, declinate quaeso ad domum servi vestri, et pernoctate, et lavate pedes vestros, et mane surgatis, et eatis in viam vestram; et dixerunt, Non, quia in platea pernoctabimus. 3. Et urgebat eos valde, et declinaverunt ad eum, et venerunt ad domum ejus, et fecit eis convivium, et azyma coxit, et comederunt. 4. Vix adhuc cubuerunt, et

virii urbis, virii Sodomae, circumdederunt domum, a puero et usque ad senem, omnis populus ab extremo. 5. Et clamaverunt ad Lot, et dixerunt ei, Ubi virii qui venerunt ad te noctu? Educ eos ad nos, et cognoscamus eos. 6. Et exivit ad eos Lot ad januam, et ostium clausit post se. 7. Et dixit, Ne quaeso, fratres mei, malefaciatis. 8. Ecce quaeso mihi duae filiae, quae non cognoverunt virum, educam quaeso eas ad vos, et faciatis eis sicut bonum in oculis vestris; tantum viris illis ne faciatis quicquam, quia propterea venerunt in umbram trabis meae. 9. Et dixerunt, Accede ultra, et dixerunt, Num unus venit ad peregrinandum, et iudicabit iudicando? Nunc malefaciemus tibi prae illis; et urserunt in virum, in Lot valde, et accesserunt ad effringendum ostium. 10. Et emiserunt virii manum suam, et introduxerunt Lotum ad se in domum, et ostium clauserunt. 11. Et viros, qui januae domus, percusserunt caecitatibus, a parvo et usque ad magnum, et laboraverunt ad inveniendum januam. 12. Et dixerunt virii ad Lotum, Adhuc quis tibi hic? generum, et filios tuos, et filias tuas, et omnem qui tibi in urbe, educ e loco. 13. Quia perdentes nos locum hunc, quia magnus factus est clamor eorum coram JEHOVAH, et misit nos JEHOVAH ad perdendum eum. 14. Et exivit Lot, et locutus est ad generos suos accipientes filias suas, et dixit, Surgite, exite e loco isto, quia perdens JEHOVAH urbem; et fuit sicut ludens in oculis generorum ejus. 15. Sicuti aurora ascendit, et ad festinandum adigebant angeli Lotum, dicendo, Surge, accipe uxorem tuam, et duas filias tuas inventas, ne forte consumaris in iniquitate urbis. 16. Et moratus, et apprehenderunt virii manum ejus, et manum uxoris ejus, et manum duarum filiarum ejus, in clementia JEHOVAH super eum, et eduxerunt eum, et statuerunt eum extra urbem. 17. Et fuit, cum educerent ii illos foras, et dixit, Eripe te super anima tua, ne respicias post te, et ne consistas in omni planitie; in montem eripe te, ne forte consumaris. 18. Et dixit Lot ad eos, Ne quaeso, Domini mei. 19. Ecce quaeso invenit servus tuus gratiam in oculis tuis, et magnam fecisti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, ad vivificandum animam meam; et ego non potero eripere me in montem, ne forte adhaereat mihi malum, et moriar. 20. Ecce quaeso urbs haec propinqua ad fugiendum illuc, et ea parva, eripiam me quaeso illuc, annon parva ea? et vivat anima mea. 21. Et dixit ad eum, Ecce acceptavi faciem tuam, etiam quoad verbum hoc, quod non evertam urbem, de qua locutus es¹². 22. Festina, eripe te illuc, quia non possum facere quicquam usque venire te illuc; propterea vocavit nomen urbis Zoar. 23. Sol egressus super terram, et Lot venit Zoarem. 24. Et JEHOVAH pluere fecit super Sodomam et super Amoram sulphur et ignem a cum JEHOVAH e caelo. 25. Et evertit urbes illas, et Omnem planitiem, et omnes habitatores urbium, et germen agri. 26. Et respexit uxor ejus post eum¹³, et facta statua salis. 27. Et surrexit Abraham in matuta, ad locum quo steterat ibi coram JEHOVAH. 28. Et prospexit contra facies Sodomae et Amoraee, et contra Omnes facies terrae planitiei; et vidit, et ecce ascendit fumus terrae, sicut fumus fornacis. 29. Et fuit in perdendo DEUS urbes planitiei, et recordatus est DEUS Abraham, et emisit Lotum e medio eversionis, in evertendo urbes, in quibus habitavit Lot. 30. Et ascendit Lot e Zoar, et habitavit in monte, et duae filiae ejus cum eo,

¹² A hat »es«, aber I nicht.

¹³ A ändert »post se« in »post eum« um, siehe AC 2454.

quia timuit habitare in Zoar; et habitabat in spelunca is, et duae filiae ejus. 31. Et dixit Primogenita ad minorem, Pater noster senex, et vir nullus in terra, ad veniendum ad nos, secundum viam totius terrae. 32. Veni, propinemus patri nostro vinum, et cubemus cum eo, et vivificemus de patre nostro semen. 33. Et Propinaverunt patri suo vinum in nocte illa, et venit primogenita et cubuit cum patre suo, et non cognovit in cubare ejus in surgere ejus. 34. Et fuit a crastino, et dixit primogenita ad minorem, Ecce cubui heri cum patre meo, propinemus ei vinum etiam nocte hac, et veni, cuba cum eo, et vivificemus de patre nostro semen. 35. Et propinaverunt etiam in nocte illa patri eorum vinum, et surrexit minor, et cubuit cum eo, et non cognovit in cubare ejus et in surgere ejus. 36. Et conceperunt binae filiae Loti de patre suo. 37. Et peperit primogenita filium, et vocavit nomen ejus Moab; is pater Moabi usque ad diem hunc. 38. Et minor etiam illa peperit filium, et vocavit nomen ejus Ben-ammi; is pater filiorum Ammonis usque ad diem hunc.

CAPUT 20

1. ET profectus est inde Abraham versus terram meridiei, et habitavit inter Kadesh et inter Shur, et peregrinatus est in Gerar. 2. Et dixit Abraham ad Sarah uxorem suam, Soror mea haec; et misit Abimelech rex Geraris, et accepit Saram. 3. Et venit DEUS ad Abimelech in somnio noctu, et dixit ei Ecce tu morieris propter mulierem, quam accepisti, et illa maritata marito. 4. Et Abimelech non appropinquaverat ad illam, et dixit, DOMINE, num gentem etiam justam occides? 5. Nonne ille dixit mihi, Soror mea haec? et ipsa etiam illa dixit, Frater meus ille. In rectitudine cordis mei, et in immunitate manuum mearum, feci hoc. 6. Et dixit ad eum DEUS in somnio, Etiam Ego novi, quod in rectitudine cordis tui feceris hoc, et prohibui etiam Ego te a peccando Mihi, propterea non dedi tibi ad attingendum ad illam. 7. Et nunc reduc uxorem viri, quia propheta ille, et orabit pro te, et vives; et si non tu reducas, scito, quod moriendo moriaris tu, et omnis qui tibi. 8. Et mane surrexit Abimelech in matutino, et vocavit omne servos suos, et locutus est omnia verba illa in auribus eorum, et timuerunt viri valde. 9. Et vocavit Abimelech Abrahamum, et dixit illi, Quid fecisti nobis, et quid peccavi tibi, quod adduxisti super me, et super regnum meum, peccatum grande? Facta, quae non fient, fecisti mecum. 10. Et dixit Abimelech ad Abrahamum, Quid vidisti quo feceris verbum hoc? 11. Et dixit Abraham, Quia dixi, verumtamen nullus timor DEI in loco hoc, et occident me propter verbum uxoris meae. 12. Et etiam vere soror mea, filia patris mei illa, verumtamen non filia matris meae; et facta mihi in uxorem. 13. Et factum, quando fecerunt discedere me Deus e domo patris mei, et dixi illi, Haec bonitas tua, quam facias mecum, a omnem locum quo venerimus, dic mihi, Frater meus ille. 14. Et accepit Abimelech gregem et armentum, et servos et ancillas, et dedit Abrahamo; et restituit illi Sarah uxorem ejus. 15. Et dixit Abimelech, Ecce terra mea coram te, in bono in oculis tuis habita. 16. Et Sarae dixit, Ecce dedi mille argenti fratri tuo, ecce illud tibi velamen oculorum omnibus qui tecum, et cum omnibus, et vindicata. 17. Et oravit Abraham ad DEUM, et sanavit DEUS Abimelechum, et uxorem ejus, et ancillas ejus, et pepererunt.

18. Quia claudendo clausit JEHOVAH propterea omnem uterum domus Abimelechi, propter verbum Sarae, uxoris Abrahami.

CAPUT 21

1. ET JEHOVAH visitavit Saram, quemadmodum dixit; et fecit JEHOVAH Sarae, quemadmodum locutus est. 2. Et concepit et peperit Saram, Abrahamo filium senectuti illius, ad tempus statum, ut locutus fuit cum illo DEUS. 3. Et vocavit Abraham nomen filii sui nati sibi, quem peperit ei Sarah, Jischak. 4. Et circumcidit Abraham Jischakum filium suum, filium octo dierum, quemadmodum praecepit illi DEUS. 5. Et Abraham filius centum annorum, cum nasceretur illi Jischak filius ejus. 6. Et dixit Sarah, Risum fecit mihi DEUS, omnis audiens ridebit mihi. 7. Et dixit, Quis dixisset Abrahamo, Lactabit filios Sarah? quia peperit filium senectuti illius. 8. Et crevit natus, et ablactatus, et fecit Abraham convivium magnum, in die cum ablactavit Jischakum. 9. Et vidit Sarah filium Hagaris Aegyptiae, quem peperit Abrahamo, illudentem. 10. Et dixit Abrahamo, Ejice ancillam hanc, et filium ejus, quia non hereditabit filius ancillae hujus cum filio meo, cum Jischako. 11. Et malum fuit verbum valde in oculis Abrahami, ob causas filii sui. 12. Et dixit DEUS ad Abrahamum, Ne malum sit in oculis tuis super puerum, et super ancillam tuam; omne quod dicit ad te Sarah, audi voci ejus, quia in Jischako vocabitur tibi semen.

13. Et etiam filium ancillae in gentem ponam eum, quia semen tuum. 14. Et mane surrexit Abraham in matutino, et accepit panem et lagenam aquae, et dedit ad Hagar, posuit super humero ejus, puerum, et emisit illam; et ivit et erravit in deserto Beersheba. 15. Et consumptae sunt aquae e lagena, et conjecit puerum sub unum fruticum. 16. Et ivit, et sedit sibi e regione, elongando se circiter jactum arcus, quia dixit, Ne videam mortem pueri, et sedit e regione, sustulit vocem suam; et flevit. 17. Et audivit DEUS vocem pueri, et clamavit angelus DEI Hagarem e caelo, et dixit ei, Quid tibi Hagar? ne timeas, quia audivit DEUS vocem pueri, in quo ille ibi. 18. Surge, tolle puerum, et corrobora manum tuam in illo, quia in gentem magnam ponam illum. 19. Et aperuit DEUS oculos ejus, et vidit puteum aquae, et ivit, et implevit lagenam aquae, et potavit puerum. 20. Et fuit DEUS cum puero, et crevit, et habitavit in deserto, et fuit jaculator arcus. 21. Et habitavit in deserto Paran; et accepit illi mater ejus uxorem e terra Aegypti.

22. Et fuit in tempore illo, et dixit Abimelech, et Phicol princeps exercitus ejus, ad Abrahamum, dicendo, DEUS tecum in omnibus quae tu faciens. 23. Et nunc jura mihi in DEUM hic, si mentitus fueris mihi, et filio meo, et nepoti meo; secundum benignitatem, quam feci tecum, facias mecum, et cum terra, in qua peregrinatus es. 24. Et dixit Abraham, Ego jurabo. 25. Et redarguit Abraham Abimelechum, ob causas putei aquae, quem eripuerunt servi Abimelechi. 26. Et dixit Abimelech, Non novi quis fecit verbum hoc, et etiam tu non indicasti mihi, et etiam ego non audivi, praeter quam hodie. 27. Et accepit Abraham gregem et armentum, et dedit Abimelecho, et percusserunt ambo illi foedus. 28. Et statuit Abraham septem agnas gregis solas eas. 29. Et dixit Abimelech ad

Abrahamum, Quid hae septem agnae illae, quas statuisti solas? 30. Et dixit, Quia septem agnas accipies e manu mea, propterea sit mihi in testimonium, quod fodi puteum hunc. 31. Propterea vocavit locum illa Beersheba, quia ibi juraverunt ambo illi. 32. Et percusserunt foedus in Beersheba; et surrexit Abimelech, et Phicol princeps exercitus illius; et reversi sunt ad terram Philistaeorum. 33. Et plantavit lucum in Beersheba; et invocavit ibi nomen DEI aeternitatis. 34. Et peregrinatus est Abraham in terra Philistaeorum diebus multis.

CAPUT 22

1. Et fuit post verba illa, et DEUS tentavit Abrahamum, et dixit ad eum, Abraham, et dixit, Ecce ego. 2. Et dixit, Accipe quaeso filium tuum, unicum tuum, quem amas, Jischakum, et vade tibi ad terram Moriah, et offer eum ibi in holocaustum, super uno montium, quem dico ad te. 3. Et mane surrexit Abraham in matutino, et instravit asinum suum, et accepit duos pueros suos secum, et Jischakum filium suum et fudit ligna holocausti, et surrexit, et ivit ad locum, quem dixit ei DEUS. 4. In die tertio, et sustulit Abraham oculos suos, et vidit locum e longinquo. 5. Et dixit Abraham ad pueros suos, Manete vobis hic cum asino, et ego et puer ibimus usque illuc, et incurvabimus nos, et revertemur ad vos. 6. Et accepit Abraham ligna holocausti, et posuit super Jischako filio suo; et accepit in manu sua ignem et cultrum, et iverunt ambo illi simul. 7. Et dixit Jischak ad Abraham patrem suum, et dixit, Pater mi; et dixit, Ecce ego, fili mi; et dixit, Ecce ignis et ligna, et ubi pecus in holocaustum? 8. Et dixit Abraham, DEUS videbit Sibi pecudem in holocaustum, fili mi; et iverunt ambo illi una. 9. Et venerunt ad locum, quem dixit ei DEUS, et aedificabat ibi Abraham altare, et disposuit ligna, et ligavit Jischakum filium suum, et posuit illum super altari, desuper ligna. 10. Et misit Abraham manum suam, et accepit cultrum, ad mactandum filium suum. 11. Et clamavit ad eum angelus JEHOVAE e caelo, et dixit Abraham, Abraham; et dixit, Ecce ego. 12. Et dixit, Ne mittas manum tuam ad puerum, et ne facias illi quicquam, quia nunc novi, quod timeas DEUM tu, et non cohibuisti filium tuum, unicum tuum, a ME. 13. Et sustulit Abraham oculos suos, et vidit, et ecce aries post detentus in perplexo cornibus suis; et ivit Abraham, et accepit arietem, et obtulit illum in holocaustum loco filii sui. 14. Et vocavit Abraham nomen loci illius, JEHOVAH videbit, quod dicitur hodie, In monte JEHOVAH videbit. 15. Et clamavit angelus JEHOVAE ad Abraham secundo e caelo. 16. Et dixit, In Me juravi, dictum JEHOVAE, quia propterea quod fecisti verbum hoc, et non cohibuisti filium tuum, unicum tuum. 17. Quod benedicendo benedicam tibi, et multiplicando multiplicabo semen tuum, tanquam stellas caelorum, et tanquam arenam quae super litore maris; et hereditabit semen tuum portam hostium tuorum¹⁴. 18. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, propter quod auscultasti voci Meae. 19. Et reversus est Abraham ad pueros suos; et surrexerunt, et iverunt simul ad Beersheba; et habitavit Abraham in Beersheba. 20. Et fuit post verba illa, et indicatum est Abrahamo, dicendo, Ecce peperit Milkah etiam illa filios Nachori fratri tuo. 21. Uz

¹⁴ Heb. = suorum.

primogenitum suum, et Buz fratrem ejus, et Kemuel patrem Arami. 22. Et Kesed, et Chazo, et Pildash, et Jidlaph, et Bethuel. 23. Et Bethuel genuit Rebeccam: octo illos peperit Nachori fratri Abrahami. 24. Et concubina ejus, et nomen ejus Reumah; et peperit etiam illa Tebah, et Gaham, et Tahash, et Maacah.

CAPUT 23

1. Et fuerunt vitae Sarae, centum anni et viginti anni et septem anni, anni vitarum Sarae. 2. Et mortua est Sarah in Kiriath Arba, haec Chebron in terra Canaan; et venit Abraham ad lugendum Saram, et ad deflendum illam. 3. Et surrexit Abraham desuper faciebus mortui sui, et locutus est ad filios Cheth, dicendo. 4. Peregrinus et incola ego vobiscum, date mihi possessionem sepulcri vobiscum, et sepeliam mortuum meum a coram me. 5. Et responderunt filii Cheth Abrahamo, dicendo ei. 6. Audi nos, domine mi, princeps DEI tu in medio nostri, in electo sepulcrorum nostrorum sepeli mortuum tuum, quisquam e nobis sepulcrum suum non prohibebit a te, a sepeliendo mortuum tuum. 7. Et surrexit Abraham et incurvavit se populo terrae, filiis Cheth. 8. Et locutus cum illis dicendo, Si est cum anima vestra ad sepeliendum mortuum meum a coram me, audite me, et intercedite mihi apud Ephronem filium Zochar. 9. Et det mihi speluncam Machpelae, quae illi, quae in fine agri ejus; in argento pleno det illam mihi in medio vestri, ad possessionem sepulcri. 10. Et Ephron sedens in medio filiorum Cheth, et respondit Ephron Chittaeus Abrahamo, in auribus filiorum Cheth, omnibus intransibus portam urbis ejus, dicendo, 11. Non, domine mi, audi me, agrum do tibi, et speluncam quae in illo tibi do illam, ad oculos filiorum populi mei do illam tibi, sepeli mortuum tuum. 12. Et incurvavit se Abraham coram populo terrae. 13. Et locutus ad Ephronem in auribus populi terrae, dicendo, Verumtamen si tu, placet, audias me, dabo argentum agri, accipe a me, et sepeliam mortuum meum ibi. 14. Et respondit Ephron Abrahamo, dicendo ei, 15. Domine mi, audi me, terra quadringentorum siclorum argenti, inter me et inter te quid hoc? et mortuum tuum sepeli. 16. Et audivit Abraham ad Ephronem, et appendit Abraham Ephroni argentum, quod locutus in auribus filiorum Cheth, quadringentos siclos argenti, transeuntis mercatori. 17. Et constitit ager Ephronis, qui in Machpelah, quae coram Mamre, ager et spelunca quae in illo, et omnis arbor quae in agro, quae in omni termino ejus circumcirca, 18. Abrahamo in acquisitionem, ad oculos filiorum Cheth, in omnium intransium portam urbis ejus. 19. Et post ita, sepelivit Abraham Saram uxorem suam, ad speluncam agri Machpelae super faciebus Mamre, haec Chebron in terra Canaan. 20. Et constitit ager et spelunca quae in illo, Abrahamo ad possessionem sepulcri, ex filiis Cheth.

CAPUT 24

1. Et Abraham senex venit in dies, et JEHOVAH benedixit Abrahamo in omnibus. 2. Et dixit Abraham ad servum suum seniore domus suae, administrantem omnia quae ei, Pone quaeso manum tuam sub femore meo. 3. Et adjurabo te in JEHOVAM DEUM caeli et DEUM terrae, quod non accipias mulierem filio meo e filiabus Canaanitae, cujus ego

habito in medio. 4. Sed ad terram meam, et ad nativitatem meam eas, et accipies mulierem filio meo Jischako. 5. Et dixit ad eum servus, Forte non vult mulier ire post me ad terram hanc. An reducendo reducam filium tuum ad terram, unde exivisti? 6. Et dixit ad illum Abraham, Cave tibi ne forte reducas filium meum illuc. 7. JEHOVAH DEUS caeli, Qui accepit me e domo patris mei, et e terra nativitatis meae, et Qui locutus est mihi, et Qui juravit mihi, dicendo, Semini tuo dabo terram hanc, Ipse mittet angelum Suum coram te, et accipies mulierem filio meo inde. 8. Et si non vult mulier ire post te, et immunis es ab adjuratione mea hac, tantum filium meum non reducas illuc. 9. Et posuit servus manum suam sub femore Abrahami domini sui; et adjuravit ei super verbo hoc. 10. Et sumpsit servus decem camelos e camelis domini sui, et ivit, et omne bonum domini sui in manu sua, et surrexit, et ivit ad Aram Naharaim, ad urbem Nachoris. 11. Et in genua procumbere fecit camelos ab extra urbem, ad puteum aquarum, juxta tempus vesperae, juxta tempus exire haustrices. 12. Et dixit, JEHOVAH DEUS domini mei Abrahami, obvenire fac quaeso coram me hodie, et fac misericordiam cum domino meo Abrahamo. 13. Ecce ego sto super ad fontem aquarum, et filiae virorum urbis exeuntes ad hauriendum aquas. 14. Et sit, puella, ad quam dico, Declina quaeso cadum tuum, et bibam, et dicat, Bibe, et etiam camelos tuos potabo, illam destinasti servo tuo Jischako; et in hoc cognoscam, quod fecisti misericordiam cum domino meo. 15. Et fuit, ille vix absolvit loqui, e ecce Rebecca exit, quae nata Bethueli filio Milkae uxoris Nachoris fratris Abrahami, et cadus ejus super humero ejus. 16. Et puella bona aspectu valde, virgo, et vir non cognoverat illam et descendit ad fontem, et implevit cadum suum, et ascendit. 17. Et cucurrit servus obviam illi, et dixit, Sorbere fac me quaeso parum aquae e cado tuo. 18. Et dixit, Bibe domine mi, et festinavit et demisit cadum suum super manum suam, et potare fecit illum. 19. Et absolvit potare facere illum, et dixit¹⁵, Etiam camelis tuis hauriam, usque dum absolverint bibere. 20. Et festinabat et evacuabat cadum suum ad canalem, et currebat adhuc ad puteum ad hauriendum, et hauriebat omnibus camelis illius. 21. Et vir obstupescens illi continens se, ad sciendum an prosperavisset JEHOVAH viam suam, vel non. 22. Et fuit, quando absolverunt cameli bibere, et accepit vir monile auri, dimidium sicli pondus ejus, et duas armillas super manus ejus, decem auri pondus earum. 23. Et dixit, Filia cujus tu? indica quaeso mihi, an est domo patris tui locus nobis ad pernoctandum? 24. Et dixit ad illum, Filia Bethuelis ego, filii Milkae, quem genuit Nachori. 25. Et dixit ad illam, Etiam stramen, etiam pabulam multum nobiscum, etiam locus ad pernoctandum. 26. Et inflexit se vir, et incurvavit se JEHOVAE. 27. Et dixit, Benedictus JEHOVAH DEUS domini mei Abrahami, Qui non dereliquit misericordiam Suam, et veritatem Suam a eum domino meo; ego in via, duxit me JEHOVAH domum fratrum domini mei. 28. Et cucurrit puella, et indicabat domui matris suae juxta verba illa. 29. Et Rebeccae frater, et nomen ejus Laban, et currebat Laban ad virum foras ad fontem. 30. Et fat, ut videre monile et armillas super manibus sororis suae, et ut audire eum verba Rebeccae sororis suae, dicendo, Ita locutus ad me vir; et venit ad virum, et ecce stans apud camelos apud fontem. 31. Et dixit, Veni benedecte JEHOVAE, quare stas foris? et ego verri domum, et

¹⁵ A und I haben »dicit«.

locus camelis. 32. Et venit vir domum, et solvit camelos, et dedit stramen et pabulum camelis, et aquam ad lavandum pedes ejus, et pedes virorum qui cum illo. 33. Et ponebatur coram illo ad edendum, et dixit, Non edo, usque dum locutus sum verba mea, et dixit, Loquere. 34. Et dixit, Servus Abrahami ego. 35. Et JEHOVAH benedixit domino meo valde, et magnificavit et dedit ei gregem et armentum, et argentum et aurum, et servos et ancillas, et camelos et asinos. 36. Et peperit Sarah uxor domini mei filium domino meo post senectutem suam, et dedit illi omnia quae ei. 37. Et adjuravit me dominus meus, dicendo, Non accipie mulierem filio meo e filiabus Canaanitae, cujus ego habito in terra. 38. Non nisi ad domum patris mei ibis, et ad familiam meam et accipies mulierem filio meo. 39. Et dixi ad dominum meum, Forte non eat mulier post me. 40. Et dixit ad me, JEHOVAH, Quo ambulavi coram, mittet angelum Suum cum te, et prosperabit viam tuam, et accipias mulierem filio meo, e familia mea, et e domo patris mei; 41. Tunc immunis eris ab obsecratione mea, quod veneris ad familiam meam; et si non dederint tibi, et eris immunis ab obsecratione mea. 42. Et veni hodie ad fontem, et dixi, JEHOVAH DEUS domini mei Abrahami, si sit Tibi quaeso prosperans viam meam, qua ego ambulans super. 43. Ecce ego sto apud fontem aquarum, et sit adolescentula exiens ad hauriendum, et dico ad illam, Fac potare me quaeso parum aquae e cado tuo. 44. Et dicat ad me, Etiam tu bibe, et etiam camelis tuis hauriam, illa mulier quam destinavit JEHOVAH filio domini mei. 45. Ego vix absolvi loqui ad cor meum, et ecce Rebecca exit, et cadus ejus super humero ejus, et descendit ad fontem, et haurit, et dixi ad illam, Fac potare me quaeso. 46. Et festinabat et demittebat cadum suum desuper se, et dicebat, Bibe, et etiam camelos tuos potabo; et bibi, et etiam camelos potavit. 47. Et interrogabam illam, et dicebam, Filia cujus tu? et dixit, Filia Bethuelis filii Nachoris, quem peperit illi Milkah: et posui monile super nasum illius, et armillas super manus illius. 48. Et inflexi et incurvavi me JEHOVAH, et benedixi JEHOVAE DEO domini mei Abrahami, Qui duxit me in viam veritatis ad accipiendum filiam fratris domini mei filio suo. 49. Et nunc si sitis vos facientes misericordiam et veritatem cum domino meo, indicate mihi, et si non, indicate mihi, et spectabo ad dextram vel ad sinistram. 50. Et respondit Laban et Bethuel, et dixerunt, A JEHOVAH exivit verbum, non possumus loqui ad te malum vel bonum. 51. Ecce Rebecca coram te, accipe et vade, et sit mulier filio domini tui, quemadmodum locutus JEHOVAH. 52. Et fuit, ut audivit servus Abrahami verba illorum, et incurvavit se ad terram JEHOVAE. 53. Et eduxit servus vasa argenti et vasa auri, et vestes, et dedit Rebeccae; et pretiosa dedit fratri ejus, et matri ejus. 54. Et ederunt et biberunt ille et viri qui cum illo, et pernoctarunt, et surrexerunt in mane, et dixit, Mittite me domino meo. 55. Et dixit frater ejus, et mater ejus, Maneat puella cum nobis dies aut decem, post ibis. 56. Et dixit ad illos, Ne moremini me, et JEHOVAH prosperavit viam meam, mittite me, et vadam domino meo. 57. Et dixerunt, Vocemus puellam, et interrogemus os illius. 58. Et vocarunt Rebeccam, et dixerunt ad illam, An eas cum viro hoc? et dixit, Ibo. 59. Et miserunt Rebeccam sororem suam, et nutricem ejus, et servum Abrahami, et viros ejus. 60. Et benedixerunt Rebeccae, et dixerunt illi, Soror nostra tu sis in millia myriadis, et hereditet semen tuum portam osorum tuorum¹⁶.

¹⁶ Heb. = suorum

61. Et surrexit Rebecca, et puellae ejus, et equitabant super camelis, et ibant post virum; et accepit servus Rebeccam, et ivit. 62. Et Jischak venit a veniendo Beer-lachai-roi, et ille habitans in terra meridiei. 63. Et exivit Jischak ad meditandum in agro, versus vesperam, et sustulit oculos suos, et vidit, et ecce cameli venientes. 64. Et sustulit Rebecca oculos suos, et vidit Jischakum, et cecidit desuper camelo. 65. Et dixit ad servum, Quis vir ille ibi ambulans in agro obviam nobis? et dixit servus, Ille dominus meus; et accepit peplum et obtexit se. 66. Et narrabat servus Jischako omnia verba quae fecit. 67. Et introduxit illam Jischak in tentorium Sarae matris suae; et accepit Rebeccam, et erat ei in mulierem, et amavit illam; et consolatus est Jischakus post matrem suam.

CAPUT 25

1. Et addidit Abraham, et accepit mulierem; et nomen ejus Keturah. 2. Et peperit ei Zimranem, et Jokshanem, et Medanem, et Midianem, et Jischakum, et Shuahum. 3. Et Jokshan genuit Shebam et Dedanem: et filii Dedanis fuerunt Asshurim, et Letushim, et Leummim. 4. Et filii Midianis, Ephah, et Ephher, et Chanoch, et Abida, et Eldaah; omnes illi filii Keturae. 5. Et dedit Abraham omnia quae ei, Jischako. 6. Et filiis concubinarum, qui Abrahamo, dedit Abraham dona; et misit illos ab apud Jischako filio suo, adhuc illo vivente, orientem versus ad terram orientis. 7. Et hi dies annorum vitarum Abrahami, quos vixit, centum anni, et septuaginta anni, et quinque anni. 8. Et exspiravit et mortuus est Abraham in senectute bona, senex et satur; et collectus ad populos suos. 9. Et sepeliverunt eum Jischak et Jishmael filii ejus, ad speluncam Machpela, ad agrum Ephronis filii Zochar Chittaei, quae super facies Mamre. 10. Agrum, quem emit Abraham ex filiis Cheth; ibi servus Abraham et Sarah uxor ejus. 11. Et fuit post mortem Abrahami, et benedixit Deus Jischako filio ejus; et habitabat Jischak cum Beer-lachai-roi. 12. Et hae nativitates Jishmaelis filii Abrahami, quem peperit Hagar Aegyptia ancilla Sarae Abrahamo. 13. Et haec nomina filiorum Jishmaelis, in nominibus eorum, secundum nativitates eorum; primogenitus Jishmaelis Nebaioth, et Kedar, et Adbeel, et Mibsam. 14. Et Mishma, et Dumah, et Massa. 15. Chadad, et Tema, Jetur, Naphish, et Kedemah. 16. Et illi filii Jishmaelis, et illa nomina illorum, in villis illorum, et in castellis illorum; duodecim principes populorum suorum. 17. Et hi anni vitarum Jishmaelis, centum anni et triginta anni et septem anni; et exspiravit et mortuus est, et collectus ad populos suos. 18. Et resederunt a Chavilah usque ad Shur, quae super facies Aegypti, in veniendo ad Asshur; super facies omnium fratrum suorum cecidit.

19. Et hae nativitates Jischaki filii Abrahami; Abraham genuit Jischakum. 20. Et fuit Jischak filius quadraginta annorum in accipiendo illo Rebeccam filiam Bethuelis Aramaei e Paddan Aram, sororem Labanis Aramaei, sibi ad mulierem. 21. Et oravit Jischak ad Jehovah propter mulierem suam, quia sterilis ea, et exoratus illi Jehovah, et concepit Rebecca mulier ejus. 22. Et collidebant se filii in medio illius; et dixit, Si ita, ad quid hoc, ego? et ivit ad interrogandum Jehovah. 23. Et dixit Jehovah illi, Duae gentes in utero tuo, et duo populi e visceribus tuis separabuntur, et populus prae populo valebit, e

major serviet minori. 24. Et impleti sunt dies ejus ad pariendum, et ecce gemini in utero ejus. 25. Et exivit primus rufus totus is, sicut tunica pilosa, et vocabant nomen ejus Esau. 26. Et post ita, exivit frater ejus, et manus ejusprehendens in calcaneum Esavi, et vocabat nomen ejus Jacob. Et Jischak filius sexaginta annorum in pariendo illos. 27. Et adoleverunt pueri, et fuit Esau vir sciens venationis, vir agri; et Jacob vir integer, habitans tentoria. 28. Et amabat Jischak Esavum, quia venatio in ore ejus; et Rebecca amans Jacobum. 29. Et coxit Jacob pultem, et venit Esau de agro, et is lassus. 30. Et dixit Esau ad Jacobum, Fac mihi sorbere quaeso e rubro, rubrum hoc, quia lassus ego; propterea vocavit nomen ejus Edom. 31. Et dixit Jacob, Vende sicut hodie primogenituram tuam mihi. 32. Et dixit Esau, Ecce ego vadens ad moriendum, et ad quid hoc mihi primogenitura? 33. Et dixit Jacob, Jura mihi sicut hodie; et juravit illi, et vendidit primogenituram suam Jacobo. 34. Et Jacob dedit Esavo panem et pultem lentium, et edit, et bibit, et surrexit, et ivit; et contempsit Esau primogenituram.

CAPUT 26

1. Et fuit fames in terra, praeter famem priorem quae fuit in diebus Abrahami; et ivit Jischak ad Abimelechum regem Philistaeorum, Gerarem. 2. Et apparuit ad illum JEHOVAH, et dixit, Ne descendas Aegyptum, reside in terra quam dico ad te. 3. Peregrinare in terra hac, et ero cum te, et benedicam tibi, quia tibi et semini tuo dabo omnes terras has, et erigam juramentum quod juravi Abrahamo patri tuo. 4. Et multiplicari faciam semen tuum, sicut stellas caelorum, et dabo semini tuo omnes terras has; et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. 5. Propterea quod auscultavit Abraham voci Meae, et observavit observanda Mea, praecepta Mea, statuta Mea, et leges Meas. 6. Et habitabat Jischak in Gerar. 7. Et interrogaverunt viri loci ad mulierem ejus; et dixit, Soror mea illa, quia timuit dicere, Mulier mea; forte occidant me viri loci propter Rebeccam, quia bona aspectu illa. 8. Et factum, quia prolongabantur ei ibi dies, et prospexit Abimelech rex Philistaeorum trans fenestram, et vidit, et ecce Jischak ridens cum Rebecca muliere sua. 9. Et vocabat Abimelech Jischakum, et dixit, Atqui ecce mulier tua illa, et quomodo dixisti, Soror mea illa? et dixit ad illum Jischak, Quia dixi, Forte moriar propter illam. 10. Et dixit Abimelech, Quid hoc fecisti nobis? ut parum cubaret unus populi cum muliere tua, et adduxisses super nos reatum. 11. Et praecepit Abimelech omni populo, dicendo, Tangens virum illum et mulierem ejus, moriendo morietur. 12. Et seminavit Jischak in terra illa, et invenit in anno illo centum mensuras; et benedixit ei JEHOVAH. 13. Et crevit vir, et ivit eundo et crescendo, usque ut magnus factus valde. 14. Et fuit ei acquisitio gregis, et acquisitio armenti, et servitium multum; et invidebant ei Philistaei. 15. Et omnes puteos, quos foderunt servi patris ejus, in diebus Abrahami patris ejus, obturabant illos Philistaei, et impleverunt illos pulvere. 16. Et dixit Abimelech ad Jischakum, Vade a cum nobis, quia praevaldes prae nobis valde. 17. Et ivit abinde Jischak, et castrametatus est in valle Geraris, et habitabat ibi. 18. Et redibat Jischak, et refodit puteos aquarum, quos foderunt in diebus Abrahami patris ejus, et obturabant illos Philistaei post mortem Abrahami; et vocavit illis nomina, secundum nomina, quae vocavit illis pater ejus. 19. Et foderunt servi Jischaki in valle, et

invenerunt ibi puteum aquarum vivarum. 20. Et rixati sunt pastores Geraris cum pastoribus Jischaki, dicendo, Nobis aquae; et vocavit nomen putei Esek, quia contenderunt cum eo. 21. Et foderunt puteum alium, et rixati etiam super illo, et vocavit nomen illius Sitnah. 22. Et transtulit exinde, et fodit puteum alium, et non rixati super illo, et vocavit nomen ejus Rechoboth, et dixit, Quia nunc dilatari facit Jehovah nos, et fructificabimur in terra. 23. Et ascendit exinde Beershebam. 24. Et apparuit ad eum JEHOVAH in nocte illa, et dixit, Ego DEUS Abrahami patris tui, ne timeas, quia cum te Ego, et benedicam tibi, et multiplicari faciam semen tuum, propter Abrahamum servum Meum. 25. Et aedificabat ibi altare, et invocavit nomen Jehovae, et tetendit ibi tentorium suum; et perfoderunt ibi servi Jischaki puteum. 26. Et Abimelech ivit ad illum e Gerar, et Ahuzzath socius illius, et Phichol dux exercitus illius. 27. Et dixit ad illos Jischak, Quapropter venistis ad me, et vos odistis me, et misistis me a vobis? 28. Et dixerunt, Videndo vidimus, quod fuit JEHOVAH cum te, et diximus, Sit quaeso sacramentum inter nos, inter nos et inter te, et excidamus foedus cum te. 29. Si facias cum nobis malum, quemadmodum non tetigimus te, et quemadmodum fecimus cum te tantummodo bonum, et misimus te in pace; tu nunc benedictus JEHOVAE. 30. Et fecit illis convivium, et ederunt et biberunt. 31. Et mane surrexerunt in matutino, et juraverunt vir fratri suo; et misit eos Jischak, et iverunt a cum illo in pace. 32. Et fuit in die illo, et venerunt servi Jischaki, et indicaverunt ei super causas putei quem foderunt; et dixerunt ei, Invenimus aquas. 33. Et vocavit eum Shiba, propterea nomen urbis Beersheba usque ad diem hunc.

34. Et fuit Esau filius quadraginta annorum, et accepit mulierem Jehudith, filiam Beerit Chittaei, et Basemath filiam Elonis Chittaei. 35. Et fuerunt amaritudo spiritus Jischako et Rebeccae.

CAPUT 27

1. Et fuit, quod senuit Jischak, et caligabant oculi ejus a videndo, et vocavit Esavum filium suum majorem, et dixit ad eum, Fili mi; et dixit ad eum, Ecce me. 2. Et dixit, Ecce quaeso senui, non scio diem mortis meae. 3. Et nunc tolle quaeso arma tua, pharetram tuam, et arcum tuum, et exi agrum, et venare inibi venationem. 4. Et fac mihi cupedias quemadmodum amavi, et adhuc mihi, et edam, propterea ut benedicat tibi anima mea, antequam morior. 5. Et Rebecca audiens in loquendo Jischak ad Esavum filium suum; et ivit Esau agrum ad venandum venationem, ad adducendum. 6. Et Rebecca dixit ad Jacobum filium suum, dicendo, Ecce audivi patrem tuum locutum ad Esavum fratrem tuum, dicendo: 7. Adduc mihi venationem, et fac mihi cupedias, et edam, et benedicam tibi coram JEHOVAH ante mortem meam. 8. Et nunc, fili mi, auscultata voci meae, ad quod ego praecipio tibimet. 9. Vade quaeso ad gregem, et accipe mihi exinde duos haedos caprarum bonos, et faciam illos cupedias patri tuo, quemadmodum amat. 10. Et adducas patri tuo, et edat, propterea ut benedicat tibi ante mortem suam. 11. Et dixit Jacob ad Rebeccam matrem suam Ecce Esau frater meus vir pilosus, et ego vir levis. 12. Fortassis palpaverit me pater meus, et ero in oculis ejus sicut seducens, et adducam super me maledictionem et non benedictionem. 13. Et dixit illi mater ejus, Super me

maledictio tui, fili mi, tantummodo ausculta voci meae, et vade, accipe mihi. 14. Et ivit, et accepit, et adduxit matri suae, et fecit mater illius cupedias, quemadmodum amavit pater illius. 15. Et accepit Rebecca vestes Esavi filii sui majoris desideriorum, quae cum illa in domo, et induit Jacobum filium suum minorem. 16. Et pelles haedorum caprarum indui fecit super manus illius, et super levitatem collorum illius. 17. Et dedit cupedias, et panem, quae fecit, in manum Jacobi filii sui. 18. Et venit ad patrem suum, et dixit, Pater mi; et dixit, Ecce me, quis tu fili mi? 19. Et dixit Jacob ad patrem suum, Ego Esau primogenitus tuus, feci quemadmodum locutus es ad me, surge quaeso, sede, et ede e venatione mea, propterea ut benedicat mihi anima tua. 20. Et dixit Jischak ad filium suum, Quid hoc festinasti invenire, fili mi? et dixit, Quia obvenire fecit JEHOVAH DEUS tuus ad faciem meam. 21. Et dixit Jischak ad Jacobum, Accede quaeso, et palpabo te, fili mi, an tu is filius meus Esau, si non. 22. Et accessit Jacob ad Jischakum patrem suum, et palpavit illum, et dixit, Vox vox Jacobi, et manus manus Esavi. 23. Et non agnovit illum, quia erant manus ejus sicut manus Esavi fratris ejus pilosae; et benedixit illi, 24. Et dixit, Tu is filius meus Esau? et dixit, Ego. 25. Et dixit, Adfer mihi, et edam e venatione filii mei, ideo ut benedicat tibi anima mea; et attulit illi, et edit, et adduxit illi vinum, et bibit. 26. Et dixit ad illum Jischak pater illius, Accede quaeso, et osculare me, illi mi. 27. Et accessit, et osculatus est illum, et odoratus est odorem vestium illius, et benedixit illi, et dixit, Vide, odor filii mei sicut odor agri, cui benedixit JEHOVAH. 28. Et dabit tibi DEUS de rore caeli, et de pinguedinibus terrae, et multitudinem frumenti et musti. 29. Servient tibi populi, et incurvabunt se tibi populi, esto herus fratribus tuis, et incurvabunt se tibi filii matris tuae; maledicentes tibi maledictus, et benedicentes tibi benedictus. 30. Et fuit, quemadmodum absolvit Jischak benedicere Jacobo, et fuit tantum exeundo exivit Jacob ex faciebus Jischaki patris sua, et Esau frater ejus venit e venatione sua. 31. Et fecit etiam is cupedias, et adduxit patri suo, et dixit patri suo, Surgat pater meus, et edat e venatione filii sui, propterea ut benedicat mihi anima tua. 32. Et dixit ei Jischak pater ejus, Quis tu? et dixit, Ego filius tuus, primogenitus tuus Esau. 33. Et horruit Jischak horrore magno usque valde, et dixit, Quis igitur ille qui venatus venationem, et adduxit mihi, et edi ab omni antequam venisti, et benedixi ei? etiam benedictus erit. 34. Ut audivit Esau verba patris sui, et exclamavit exclamatione magna et amara usque valde; et dixit patri suo, Benedic mihi etiam ego pater mi. 35. Et dixit, Venit frater tuus in fraude, et sumpsit benedictionem tuam. 36. Et dixit, Num quod vocat nomen illius Jacob? et supplantavit me is duabus vicibus; primogenituram meam sumpsit, et ecce nunc sumpsit benedictionem meam; et dixit, Annon reservasti mihi benedictionem? 37. Et respondit Jischak, et dixit Esavo, Ecce herum posui illum tibi, et omnes fratres ejus dedi ei ad servos, et frumento et musto fulcivi eum, et tibi igitur quid faciam fili mi? 38. Et dixit Esau ad patrem suum, An benedictio una haec tibi, pater mi? benedic mihi etiam ego pater mi; et sustulit Esau vocem suam, et flevit. 39. Et respondit Jischak pater ejus, et dixit ad eum, Ecce de pinguedinibus terrae erit habitatio tua, et de rore caeli desuper. 40. Et super gladio tuo vives, et fratri tuo servies, et erit quando dominaris, et dirumpes jugum illius desuper collo tuo. 41. Et odit Esau Jacobum propter benedictionem, qua benedixit illi pater illius; et dixit Esau in corde suo, Appropinquabunt dies luctus patris mei, et occidam Jacobum fratrem meum. 42. Et

indicatum Rebeccae verba Esavi filii sui majoris, et misit, et vocavit ad Jacobum filium suum minorem, et dixit ad illum, Ecce Esau frater tuus consolans se tibi ad occidendum te. 43. Et nunc fili mi, ausculta voci meae, et surge, fuge tibi ad Laban fratrem meum Charanem. 44. Et commoreris cum eo diebus aliquibus, donec recedit excandescencia fratris tui. 45. Usque recedat ira fratris tui a te, et obliviscatur ejus quod fecisti illi, et mittam et accipiam te exinde; quare orbabor etiam ambobus vobis die uno? 46. Et dixit Rebecca ad Jischakum, Fastidio vitam meam pro filiabus Cheth, si accipit Jacob mulierem e filiabus Cheth, sicut illae e filiabus terrae, quare mihi vitae?

CAPUT 28

1. Et vocavit Jischak ad Jacobum, et benedixit illi, et praecepit illi, et dixit illi, Non accipies mulierem e filiabus Canaan. 2. Surge, vade Paddanem Aram, domum Bethuelis patris matris tuae, et accipe tibi exinde mulierem a filiabus Labanis fratris matris tuae. 3. Et DEUS Shaddai benedicet tibi, et faciet fructificari te, et multiplicari te; et eris in coetum populorum. 4. Et dabit tibi benedictionem Abrahami, tibi et semini tuo cum te, ad hereditandum te terram peregrinationum tuarum, quam dedit DEUS Abrahamo. 5. Et misit Jischak Jacobum, et ivit Paddanem Aram, ad Labanem filium Bethuelis Aramaei, fratrem Rebeccae matris Jacobi et Esavi. 6. Et vidit Esau, quod benedixerit Jischak Jacobo, et miserit illum Paddanem Aram, ad accipiendum sibi exinde mulierem, in benedicendo eum illi, et praeceperit super illum, dicendo, Non accipies mulierem e filiabus Canaan. 7. Et audiverit Jacob ad patrem suum, et ad matrem suam, et iverit Paddanem Aram. 8. Et vidit Esau, quod malae filiae Canaan in oculis Jischaki patris sui. 9. Et ivit Esau ad Jishmael, et accepit Mahalath filiam Jishmaelis filii Abrahami, sororem Nebaioth, super feminas suas sibi ad mulierem¹⁷.

10. Et exivit Jacob e Beersheba, et ivit Charanem. 11. Et incidit in locum, et pernoctavit ibi, quia occidit sol, et sumpsit de lapidibus loci, et posuit subcapitalia sua, et cubuit in loco illo. 12. Et somniavit; et ecce scala statuta terrae, et caput ejus pertingens caelum, et ecce angeli DEI ascendentes et descendentes in illa. 13. Et ecce JEHOVAH stans super illa, et dixit, Ego JEHOVAH DEUS Abrahami patris tui, et DEUS Jischaki; terram qua tu cubans super ea, tibi dabo eam, et semini tuo. 14. Et erit semen tuum, sicut pulvis terrae, et erumpes ad mare, et ad orientem, et ad septentrionem, et ad meridiem; et benedicentur in te omnes familiae humi¹⁸, et in semine tuo. 15. Et ecce Ego cum te, et custodiam te in omni quo eas, et reducam te ad humum hanc, quia non relinquam te, donec quod fecero quod locutus sum tibi. 16. Et expergefactus Jacob e somno suo, et dixit, Certe est JEHOVAH in loco hoc, et ego non scivi. 17. Et timuit, et dixit, Quam terribilis Locus hic, nihil hic nisi domus DEI, et haec porta caeli. 18. Et mane surrexit Jacob in matutino, et sumpsit lapidem, quem posuit subcapitalia sua, et posuit illum statuam, et fudit oleum super caput illius. 19. Et vocavit nomen loci illius Bethel; et utique Luz nomen urbis priore. 20. Et vovit Jacob votum, dicendo, Si fuerit DEUS cum

¹⁷ So A, aber es tilgt »uxorem«

¹⁸ So A, aber es tilgt »terrae«

me, et custodiverit me in via hac, quam ego ambulans, et dederit mihi panem ad edendum, et vestem ad induendum. 21. Et rediero in pace ad domum patris mei, et erit JEHOVAH mihi in DEUM. 22. Et lapis hic, quem posui statuam, erit Domus DEI, et omne quod dederis mihi, decimando decimabo illud tibi.

CAPUT 29

1. Et sustulit Jacob pedes suos, et ivit terram filiorum orientis. 2. Et vidit, et ecce puteus in agro, et ecce ibi tres catervae gregis cubantes juxta illum, quia e puteo illo potarunt catervas; et lapis magnus super ore putei. 3. Et colligebantur illuc omnes catervae, et devolvebant lapidem a super ore putei, et potabant gregem; et reducebant lapidem super os putei ad locum ejus. 4. Et dixit illis Jacob, Fratres mei, unde vos? et dixerunt, E Charane nos. 5. Et dixit illis, An cognoscitis Labanem filium Nachoris? et dixerunt, Cognoscimus. 6. Et dixit illis, An pax ei? et dixerunt, Pax, et ecce Rachel filia ejus venit cum grege. 7. Et dixit, Ecce adhuc dies magnus, non tempus colligi pecudes, potate gregem, et ite, pascite. 8. Et dixerunt, Non possumus, usque quod colligantur omnes catervae, et devolvant lapidem a super ore putei, et potabimus gregem. 9. Adhuc ille loquens cum illis, et Rachel venit cum grege, qui patri ejus, quia pastor illa. 10. Et fuit, ut vidit Jacob Rachelem filiam Labanis fratris matris suae, et gregem Labanis fratris matris suae, et accessit Jacob, et devolvit lapidem a super ore putei, et potavit gregem Labanis fratris matris suae. 11. Et osculatus est Jacob Rachelem, et sustulit vocem suam et flevit. 12. Et indicabat Jacob Racheli, quod frater patris ejus ille, et quod filius Rebeccae ille; et cucurrit et indicavit patri suo. 13. Et fuit, sicut audivit Laban famam Jacobi filii sororis suae, et cucurrit obviam ei, et amplexus eum, et osculatus eum, et adduxit eum ad domum suam, et narravit Labani omnia verba illa. 14. Et dixit ei Laban, Utique os meum et caro mea tu, et habitavit cum eo mensem dierum. 15. Et dixit Laban Jacobo, Num quia frater meus tu, et servires mihi gratis? indica mihi, quid merces tua? 16. Et Labani duae filiae, nomen majoris Leah, et nomen minoris Rachel. 17. Et oculi Leae debiles, et Rachel erat pulchra forma, et pulchra aspectu. 18. Et amabat Jacob Rachelem, et dixit, Serviam tibi septem annis pro Rachele filia tua minore. 19. Et dixit Laban, Bonum dare me illam tibi, prae dare illam viro alii, mane cum me. 20. Et servivit Jacob pro Rachele septem annis; et fuerunt in oculis ejus sicut dies aliqui in amando illo eam. 21. Et dixit Jacob ad Labanem, Da mulierem meam, quia impleti dies mei, et veniam ad illam. 22. Et collegit Laban omnes viros loci, et fecit convivium. 23. Et fuit in vespera, et accepit Leam filiam suam, et adduxit illam ad eum, et venit ad illam. 24. Et dedit Laban illi Zilpam ancillam suam, Leae filiae suae ancillam. 25. Et fuit in mane, et ecce illa Leah, et dixit ad Laban, Quid hoc fecisti mihi? nonne pro Rachele servivi cum te? et quare fraudasti me? 26. Et dixit Laban, Non fit ita in loco nostro, dare minorem natu ante primogenitam. 27. Imple septimanam hanc, et dabimus tibi etiam illam, in servitium quod servias cum me adhuc septem annis aliis. 28. Et fecit Jacob ita, et implevit septimanam hanc, et dedit ei Rachelem filiam suam ei in mulierem. 29. Et dedit Laban Racheli filiae suae Bilham ancillam suam illi ad ancillam. 30. Et venit etiam ad Rachelem, et amavit etiam Rachelem prae Leah, et servivit cum eo adhuc septem annis

aliis. 31. Et vidit JEHOVAH quod exosa Leah, et aperuit uterum illius, et Rachel sterilis. 32. Et concepit Leah, et peperit filium, et vocavit nomen ejus Reuben, quia dixit, quod vidit JEHOVAH afflictionem meam, quia nunc amabit me vir meus. 33. Et concepit adhuc, et peperit filium, et dixit, Quia audivit JEHOVAH quod exosa ego, et dedit mihi etiam hunc, et vocavit nomen ejus Shimeon. 34. Et concepit adhuc, et peperit filium, et dixit, Nunc hac vice adhaerebit vir meus ad me, quia peperit ei tres filios; propterea vocavit nomen ejus Levi. 35. Et concepit adhuc, et peperit filium, et dixit, Hac vice confitebor JEHOVAM; propterea vocavit nomen ejus Jehudah; et substitit a pariendo.

CAPUT 30

1. Et vidit Rachel quod non pareret Jacobo, et zelavit Rachel in sororem suam, et dixit ad Jacobum, Da mihi filios, et si non, mortua ego. 2. Et accensus ira Jacob in Rachelem, et dixit, An pro Deo ego, Qui prohibet a te fructum ventris? 3. Et dixit, Ecce famula mea Bilhah, veni ad illam, et pariat super genua mea, et aedificabor etiam ego ex illa. 4. Et dedit ei Bilham ancillam suam ad mulierem, et venit ad illam Jacob. 5. Et concepit Bilhah, et peperit Jacobo filium. 6. Et dixit Rachel, Judicavit me DEUS, et etiam audivit vocem meam, et dedit mihi filium, propterea vocavit nomen ejus Dan. 7. Et concepit adhuc, et peperit Bilhah ancilla Rachelis filium secundum Jacobo. 8. Et dixit Rachel, Luctationibus DEUS luctata sum cum sorore mea, etiam valui; et vocavit nomen ejus Naphtali. 9. Et vidit Leah quod substitisset a pariendo, et accepit Zilpam ancillam suam, et dedit illam Jacobo ad mulierem. 10. Et peperit Zilpah ancilla Leae Jacobo filium. 11. Et dixit Leah, Venit turma; et vocavit nomen ejus Gad. 12. Et peperit Zilpah ancilla Leae filium secundum Jacobo. 13. Et dixit Leah, In beatitudine mea, quia beatificabunt me filiae, et vocavit nomen ejus Asher. 14. Et ivit Reuben in diebus messis triticorum, et invenit dudaim¹⁹ in agro, et adduxit illos ad Leam matrem suam, et dixit Rachel ad Leam, Da quaeso mihi de dudaim filii tui. 15. Et dixit illi, An parum sumpsisse te virum meum, et sumes etiam dudaim filii mei? et dixit Rachel, Idcirco cubabit cum te nocte hac pro dudaim filium. 16. Et venit Jacob de agro in vespera, et exivit Leah obviam ei, et dixit, Ad me venies, quia conducendo conduxi te in dudaim filii mei; et cubuit cum illa in nocte illa. 17. Et audivit DEUS ad Leam, et concepit et peperit Jacobo filium quintum. 18. Et dixit Leah, Dedit DEUS mercedem meam, quod dedi ancillam meam viro meo; et vocavit nomen ejus Jisaschar. 19. Et concepit adhuc Leah, et peperit filium sextum Jacobo. 20. Et dixit Leah, Dotavit me DEUS me²⁰ dote bona, vice hac cohabitabit mihi vir meus, quia peperit illi sex filios; et vocavit nomen ejus Zebulun. 21. Et postea peperit filiam, et vocavit nomen ejus Dinah. 22. Et recordatus est DEUS Rachelis, et audivit ad illam DEUS, et aperuit uterum illius. 23. Et concepit, et peperit filium, et dixit, Collegit DEUS ignominiam meam. 24. Et vocavit nomen ejus Joseph, dicendo, Addat JEHOVAH mihi filium alterum.

¹⁹ Heb. דודאים (dudaim) = Alraunen oder Liebesäpfel

²⁰ Auch Heb. wiederholt dieses Pronomen.

25. Et factum, eum peperisset Rachel Josephum, et dixit Jacob ad Laban, Mitte me et eam ad locum meum et ad terram meam. 26. Da feminas meas, et natos meos, quod servivi tibi pro illis, et eam, quia tu nosti servitium meum, quo servivi tibi. 27. Et dixit ad eum Laban, Si quaeso inveni gratiam in oculis tuis, expertus sum, et benedixit mihi JEHOVAH propter te. 28. Et dixit, Designa mercedem tuam super me, et dabo illam. 29. Et dixit ad eum, Tu nosti qualiter servivi tibi, et qualis fuit acquisitio tua mecum. 30. Quia parum quod fuit tibi ante me, et erupit ad multitudinem, et benedixit JEHOVAH tibimet ad pedem meum, et nunc quando faciam etiam ego domui meae? 31. Et dixit, Quid dabo tibi? et dixit Jacob, Non dabis mihi quicquam, si facias mihi verbum hoc; revertar, pascam, gregem tuum custodiam. 32. Transibo per omnem gregem tuum hodie, removendo abinde omne pecus punctatum et maculosum, et omne pecus nigrum in agnis, et maculosum et punctatum in capris, et erit merces mea. 33. Et respondebit mihi justitia mea in die crastino, quia venis super mercedem meam coram te, omne quod non est illud punctatum et maculosum in capris, et nigrum in agnis, furatum illud cum me. 34. Et dixit Laban, Ecce utique sit secundum verbum tuum. 35. Et removet in die isto capros variegatos et maculosos, et omnes capras punctatas et maculosas, omne in quo album, et omne nigrum in agnis, et dedit in manum filiorum ejus. 36. Et posuit viam trium dierum inter se et inter Jacobum; et Jacob pascens greges Labanis reliquos. 37. Et accepit sibi Jacob baculum populi recentem, et corylum, et platanum, et decorticavit in illis decorticationes albas, denudationem albi, quod super baculis. 38. Et constituit baculos quos decorticavit, in canalibus, in potatoriis aquae, quo veniebant greges ad bibendum, e regione gregum, et incalescebant in veniendo illos ad bibendum. 39. Et incalescebant greges ad baculos, et pariebant greges variegatos, punctatos, et maculosos. 40. Et agnos separavit Jacob, et dedit facies gregis ad variegatum, et omne nigrum in grege Labanis, et posuit sibi catervas soli sibi, et non posuit eos ad gregem Labanis. 41. Et fuit in omni incalescere gregis primum coeuntium, et posuit Jacob baculos ad oculos gregis in canaliculis, ad incalescendum illum ad baculos. 42. Et ad dein coire gregem non posuit, et erat dein coeuntium, Labani, et primum coeuntium Jacobo. 43. Et diffudit se vir valde valde, et erat ei greges multi, et ancillae, et servi, et cameli, et asini.

CAPUT 31

1. Et audivit verba filiorum Labanis, dicendo, Sumpsit Jacob omnia quae patri nostro, et a quibus patri nostro, fecit omnem copiam hanc. 2. Et vidit Jacob facies Labanis, et ecce nullatenus is cum eo sicut heri nudius tertius. 3. Et dixit JEHOVAH ad Jacobum, Revertere ad terram patrum tuorum, et ad nativitatem tuam, et ero cum te. 4. Et misit Jacob et vocavit Rachelem et Leam agrum ad gregem suum. 5. Et dixit illis, Video ego facies patris vestri, quod nullatenus is ad me sicut heri nudius tertius; et DEUS patris mei fuit cum me. 6. Et vos scitis quod in omni vi mea servivi patri vestro. 7. Et pater vester fefellit me, et mutavit mercedem meam decem modis, et non dedit ei DEUS ad malefaciendum mecum. 8. Si sic dicebat, Punctata erit merces tua, et pepererunt omnes greges punctata; et si sic dicebat, Variegata erit merces tua, et pepererunt omnes greges

variegata. 9. Et eripuit DEUS acquisitionem patris vestri, et dedit mihi. 10. Et factum in tempore incalescendi gregem, et sustuli oculos meos, et vidi in somnio, et ecce hirci ascendentes super gregem variegati, punctati et grandinati. 11. Et dixit ad me angelus DEI in somnio, Jacob; et dixi, Ecce me. 12. Et dixit, Tolle quaeso oculos tuos, et vide omnes hircos ascendentes super gregem variegatos, punctatos et grandinatos, quia vidi omne quod Laban facit tibi. 13. Ego DEUS Bethelis, quo unxisti statuam, quo vovisti Mihi votum, nunc surge, exi e terra hac, et revertere ad terram nativitatis tuae. 14. Et respondit Rachel et Leah, et dixerunt ei, An amplius nobis portio et hereditas in domo patris nostri? 15. Annon alienae existimatae sumus ei, quia vendidit nos, et comedit etiam comedendo argentum nostrum? 16. Quia omnes divitiae, quas eripuit DEUS a patre nostro, nobis illae et filiis nostris; et nunc omne quod dixit DEUS ad te, fac. 17. Et surrexit Jacob, et sustulit filios suos, et feminas sua super camelos. 18. Et abduxit omnem acquisitionem suam, et omnem substantiam suam quam comparavit, acquisitionem emptionis suae quam comparavit in Paddan Aram, ad veniendum ad Jischakum patrem suum terram Canaan. 19. Et Laban iverat ad tondendum gregem suum, et furati Rachel teraphim qui patri suo. 20. Et furatus Jacob cor Labanis Aramaei, per quod non indicavi ei, quod fugiens is. 21. Et fugit is, et omne quod ei, et surrexit, et transivit fluvium et posuit facies suas montem Gilead. 22. Et indicatum Labani in die tertio, quod fugit Jacob. 23. Et accepit fratres suos secum, et persecutus post eum via septem dierum, et adjunxit eum in monte Gilead. 24. Et venit DEUS ad Labanem Aramaeum in somnio noctu, et dixit ei, Cave tibi ne forte loquaris cum Jacobo a bono usque ad malum. 25. Et assecutus Laban Jacobum, et Jacob fixit tentorium suum in monte, et Laban fixit cum fratribus suis in monte Gilead. 26. Et dixit Laban Jacobo, Quid fecisti, et furatus es cor meum, et abduxisti filias meas, sicut captivas gladio? 27. Quare occultasti ad fugiendum, et furatus es me, et non indicasti mihi? et miserim te in laetitia, et in canticis, in tympano, et in cithara. 28. Et non permisisti mihi osculari filios meos, et filias meas, nunc stulte egisti faciendo. 29. Sit DEO manus mea ad faciendum cum vobis malum, et DEUS patris vestri nocte praeterita dixit ad me, dicendo, Cave tibi a loquendo cum Jacobo a bono usque ad malum. 30. Et nunc eundo ivisti, quia desiderando desideravisti ad domum patris tui; quare furatus es deos meos? 31. Et respondit Jacob et dixit Labani, Quia timui, quia dixi, Forte rapies filias tuas a mecum. 32. Cum quo invenis deos tuos, non vivet coram fratribus nostris; lustra tibi quid mecum, et accipe tibi; et non scivit Jacob quod Rachel furata illos. 33. Et venit Laban in tentorium Jacobi, et in tentorium Leae, et in tentorium ambarum ancillarum, et non invenit; et exivit e tentorio Leae et venit in tentorium Rachelis. 34. Et Rachel accepit teraphim, et posuit illos in stramento cameli, et sedit super illis; et contrectabat Laban omne tentorium, et non invenit. 35. Et dixit ad patrem suum, Ne succenseatur in oculis domini mei, quia non possum surgere a coram te, quia via feminarum mihi; et scrutatus est, et non invenit teraphim. 36. Et succensuit Jacobo, et jurgatus est in Labanem; et respondit Jacob et dixit Labani, Quae praevericatio mea, quod peccatum meum, quod insecutus es post me? 37. Quia contrectasti omnia vasa mea, quid invenisti ab omnibus vasis domus tuae? pone huc coram fratribus meis et fratribus illis, et dijudicent inter ambos nos. 38. His viginti annis ego tecum; oves tuae et caprae tuae non abortiverunt,

et arietes gregis tui non comedi. 39. Discerptum non adduxi ad te, ego indemnificavi id, e manu mea requisivisti id, furatum die et furatum nocte. 40. Fui, in die comedit me aestus et frigus in nocte, et expulsus somnus meus ab oculis meis. 41. His mihi viginti annis in domo tua servivi tibi, quatuordecim annis in duabus filiabus tuis, et sex annis in grege tuo, et mutavisti mercedem meam decem modis. 42. Nisi DEUS patris mei, DEUS Abrahami et pavor Jischaki, fuisset mihi, quod nunc vacuum misisses me; miseriam meam et fatigationem volarum mearum vidit DEUS, et dijudicavit nocte praeterita. 43. Et respondit Laban, et dixit ad Jacobum, Filiae filiae meae, et filii filii mei, et grex grex meus, et omne quod tu videns, mihi hoc; pepererunt? 44. Et nunc ito, pangamus foedus ego et tu, et sit in testem inter me et inter te. 45. Et accepit Jacob lapidem, et erexit illum in statuam. 46. Et dixit Jacob fratribus suis, Colligite lapides; et acceperunt lapides, et fecerunt acervum; et comederunt ibi super acervo. 47. Et vocavit illum Laban Jegar Sahadutha; et Jacob vocavit illum Galeed. 48. Et dixit Laban, Acervus hic testis inter me et inter te hodie propterea vocavit nomen illius Galeed. 49. Et Mizpah, quia dixit, Spectet JEHOVAH inter me et inter te quia latebimus vir a socio suo. 50. Si affligas filias meas, et si accipias feminas supra filia meas, nullus vir nobiscum, vide; DEUS testis inter me et inter te. 51. Et dixit Laban Jacobo, Ecce acervus hic, et ecce statu quam erexi inter me et inter te. 52. Testis acervus hic, et testis statua, si ego non transibo ad te acervum hunc, et si tu non transibis ad me acervum hunc et statuam hanc, ad malum. 53. DEUS Abrahami, et Deus Naboris judicent inter nos, DEUS patris eorum; et juravit Jacob in pavorem patris sui Jischaki. 54. Et sacrificavit Jacob sacrificium in monte, et vocavit fratres suos ad comedendum panem, et comederunt panem, et pernoctaverunt in monte. 55. Et mane surrexit Laban in matutino, et osculatus filios suos, et filias suas, et benedixit illis, et ivit, et reversus Laban ac locum suum.

CAPUT 32

1. Et Jacob ivit ad viam suam; et occurrerunt in eum angeli DEI. 2. Et dixit Jacob sicut vidit illos, Castra DEI haec, et vocavit nomen loci illius Mahanaim. 3. Et misit Jacob nuntios coram se ad Esau fratrem suum terram Seir, agrum Edomi. 4. Et praecepit illis dicendo, Ita dicetis domino meo Esavo, Ita dicit servus tuus Jacob, Cum Labane peregrinatus sum, et moratus usque nunc. 5. Et fuit mihi bos et asinus, grex et servus et ancilla, et mitto ad indicandum domino meo ad inveniendum gratiam in oculis tuis. 6. Et reversi sunt nuntii ad Jacobum, dicendo, Venimus ad fratrem tuum, ad Esavum, et etiam vadit obviam tibi, et quadringenti viri cum eo. 7. Et timuit Jacob valde, et angustia fuit ejus, et dimidiavit populum qui cum eo, et gregem, et armentum, et camelos, in duo castra. 8. Et dixit, Si venerit Esau ad castra una, et percusserit illa, et erunt castra relicta ad evasionem. 9. Et dixit Jacob, DEUS patris mei Abrahami, et DEUS patris mei Jischaki, Jehovah, dicens ad me, Revertere ad terram tuam, et ad nativitatem tuam, et benefaciam tecum. 10. Minor sum prae omnibus misericordiis, et prae omni veritate, quae fecisti cum servo Tuo, quia in baculo meo transivi Jordanem hunc, et nunc sum in duo castra. 11. Eripe me quaeso e manu fratris mei, e manu Esavi, quia timeo ego eum, forte veniat,

et percuciat me, matrem super filios. 12. Et Tu dixisti, Benefaciendo beneficiam tecum, et ponam semen tuum sicut arenam maris, quae non numeratur prae multitudine. 13. Et pernoctavit ibi in nocte illa, et accepit de veniente in manum suam munus Esavo fratri suo. 14. Capras ducentas et capros viginti; oves ducentas et arietes viginti. 15. Camelas lactantes et filios illarum triginta; juvenecas quadraginta et juvenecos decem; asinas viginti et pullos decem. 16. Et dedit in manum servorum suorum catervam catervam seorsim; et dixit ad servos suos, Transite ante me, et spatium ponatis inter catervam et inter catervam. 17. Et praecepit primo, dicendo, Quod occurrerit tibi Esau frater meus, et interrogaverit te dicendo, Cui tu, et quo vadis, et cui illa ante te? 18. Et dices, Servo tuo Jacobo, munus hoc missum domino meo Esavo, et ecce etiam is post nos. 19. Et praecepit etiam secundo, etiam tertio, etiam omnibus euntibus post catervas, dicendo, Secundum verbum hoc loquemini ad Esavum, in inveniendo vos eum. 20. Et dicetis etiam, Ecce servus tuus Jacob post nos, quia dixit, Expiabo facies ejus in munere eunte ante me, et postea videbo facies ejus, forte suscipiet facies meas. 21. Et transivit munus super ante eum, et is pernoctavit in nocte illa in castris. 22. Et surrexit in nocte illa, et accepit binas feminas suas, et binas ancillas suas, et undecim natos suos, et transivit transitum Jabbok. 23. Et accepit illos, et transire fecit illos fluvium, et transire fecit quae sibi.

24. Et remansit Jacob solus is, et luctatus vir cum eo, usque ascendere auroram. 25. Et vidit quod non praevaleret ei, et tetigit volam femoris ejus, et luxata vola femoris Jacobi in luctando illo cum eo. 26. Et dixit, Mitte me quia ascendit aurora, et dixit, Non mittam te, quin benedixeris mihi. 27. Et dixit ad eum, Quid nomen tuum? et dixit, Jacob. 28. Et dixit, Non Jacob dicetur amplius nomen tuum quin Israel, quia ut princeps contendisti cum DEO, et cum hominibus, et praevaluisti. 29. Et interrogavit Jacob et dixit, Indica quaeso nomen tuum, et dixit, Quare hoc interrogas ad nomen meum? et benedixit ei ibi. 30. Et vocavit Jacob nomen loci Peniel, quia vidi DEUM facies ad facies, et liberata anima mea. 31. Et exortus ei sol, sicut transivit Penuel, et is claudicans super femore suo. 32. Propterea non edunt filii Israelis nervum emoti, qui super vola femoris, usque ad diem hunc, quia tetigit in vola femoris Jacobi nervum emoti.

CAPUT 33²¹

1. Et sustulit Jacob oculos suos et vidit, et ecce Esau venit, et cum eo quadringenti viri; et divisit natos super ad Leam, et super ad Rachelem, et super ad binas ancillas. 2. Et posuit ancillas et natos illarum primo, et Leam et natos ejus posteriores, et Rachelem et Josephum posteriores. 3. Et ipse transivit ante illos, et incurvavit se terram septem vicibus, usque appropinquaverit se usque ad fratrem suum. 4. Et cucurrit Esau obviam ei, et amplexus eum, et cecidit super collum ejus, et osculatus eum, et fleverunt. 5. Et sustulit oculos suos, et vidit feminas et natos, et dixit, Qui illi tibi? et dixit, Nati quos gratiose largitus DEUS servo tuo. 6. Et appropinquaverunt ancillae, illae et nati illarum, et incurvaverunt se. 7. Et appropinquavit etiam Leah et nati illius, et incurvaverunt se;

²¹ Der Text dieses Kapitels des Wortes ist im Autograph nicht enthalten.

et postea appropinquavit Joseph et Rachel, et incurvaverunt se. 8. Et dixit, Quae tibi omnia castra illa quibus occurri? et dixit, Ad inveniendum gratiam in oculis domini mei. 9. Et dixit Esau, Est mihi multum, frater mi, sit tibi quod tibi. 10. Et dixit Jacob, Ne quaeso, si quaeso inveni gratiam in oculis tuis, et accipias munus meum e manu mea, quia propterea quod vidi facies tuas sicut videre facies DEI, et acceptasti²² me. 11. Accipe quaeso benedictionem meam, quae adducta tibi, quia gratiose largitus mihi DEUS, et quia est mihi omne; et ursit illum, et accepit. 12. Et dixit, Proficiscamur et eamus, et ibo ad juxta te. 13. Et dixit ad illum, Dominus meus scit quod nati teneri, et greges et armenta lactentia²³ apud me, et impulerint ea die uno, et morientur omnes greges. 14. Transeat quaeso dominus meus ante servum suum, et ego procedam lente ad pedem operis quod coram me, et ad pedem natorum, usque quod venero ad dominum meum, ad Seir. 15. Et dixit Esau, Statuam quaeso cum te de populo qui mecum; et dixit, Quare hoc? inveniam gratiam in oculis domini mei. 16. Et reversus in die illo Esau ad viam suam, ad Seir. 17. Et Jacob profectus ad Succoth, et aedificavit sibi domum, et acquisitioni suae fecit tuguria, propterea vocavit nomen loci Succoth. 18. Et venit Jacob Shalem, urbem Shechemi, quae in terra Canaan, in veniendo eo e Paddan-Aram, et castrametatus ad facies urbis. 19. Et emit portionem agri, ubi tetendit tentorium suum, e manu filiorum Chamoris patris Shechemi, centum kesitis. 20. Et statuit ibi altare, et vocavit id El Elohe Israel.

CAPUT 34

1. Et exivit Dinah, filia Leae, quam peperit Jacobo, ad videndum filias terrae. 2. Et vidit illam Shechem filius Chamoris Chivaei, principis terrae, et sumpsit eam, et cubuit cum ea, et compressit eam. 3. Et adhaerebat anima illius in Dinam, filiam Jacobi, et amavit puellam, et locutus super cor puellae. 4. Et dixit Shechem ad Chamor patrem suum, dicendo, Accipe mihi natam hanc ad mulierem. 5. Et Jacob audivit, quod polluerit Dinam, filiam suam; et filii ejus erant cum acquisitione²⁴ ejus in agro; et tacuit Jacob usque ad venire illos. 6. Et exivit Chamor pater Shechemi ad Jacobum, ad loquendum cum eo. 7. Et filii Jacobi venerunt ab agro, ut audire illos; et doluerunt viri, et exarsit illis valde, quia stultitiam fecit in Israele, ad cubandum cum filia Jacobi, et ita non fiet. 8. Et locutus Chamor cum illis dicendo, Shechem filius meus desiderat anima illius in filiam vestram, detis quaeso eam illi ad mulierem. 9. Et affinitates societis cum nobis, filias vestras detis nobis, et filias nostras accipiatis vobis. 10. Et cum nobis habitetis, et terra erit coram vobis, habitate, negotiando pervagamini eam, et possidete in ea. 11. Et dixit Shechem ad patrem ejus, et ad fratres ejus, Inveniam gratiam in oculis vestris, et quod dicitis ad me, dabo. 12. Multiplicate super me valde dotem et donum, et dabo quemadmodum dicitis ad me, et detis mihi puellam ad mulierem. 13. Et responderunt filii Jacobi Shechemo et Chamori patri illius in fraude, et locuti sunt, quia polluit Dinam

²² »accepit« I

²³ »lactantia« I

²⁴ »pecore« Sch

sororem illorum. 14. Et dixerunt ad illos, Non possumus facere verbum hoc, dare sororem nostram viro cui praeputium, quia opprobrium hoc nobis. 15. Verumtamen in hoc consentiemus vobis, si sitis sicut nos, ad circumcidendum vobis omnem masculum. 16. Et dabimus filias nostras vobis, et filias vestras accipiemus nobis, et habitabimus cum vobis, et erimus in populum unum. 17. Et si non audiatis ad nos ad circumcidendum, et sumemus filiam nostram, et ibimus. 18. Et bona fuerunt verba illorum in oculis Chamoris, et in oculis Shechemi filii Chamoris. 19. Et non tardavit puer facere verbum, quia beneplacuit in filia Jacobi; et ille honoratus prae omnibus domus patris sui. 20. Et venit Chamor, et Shechem filius illius ad portam urbis suae, et locuti ad viros urbis suae, dicendo, 21. Viri illi pacifici ii cum nobis, et habitent in terra, et negotiando pervagentur eam, et terra ecce lata spatiis coram illis, filias illorum accipiamus nobis ad feminas, et filias nostras demus illis. 22. Verumtamen in hoc consentient nobis viri ad habitandum cum nobis, ad esse in populum unum, in circumcidi nobis omnem masculum, quemadmodum illi circumcisi. 23. Acquisitio illorum, et emptio illorum, et omnis bestia illorum, annon nobis illa? tantummodo consentiamus illis, et habitabunt cum nobis. 24. Et audiverunt ad Chamorem et ad Shechemum filium illius omnes egredientes portam urbis ejus, et circumciderunt omnem masculum, omnes egredientes portam urbis illius. 25. Et factum in die tertio, in esse illos dolentes, et acceperunt duo filii Jacobi Shimeon et Levi, fratres Dinae, quisque gladium suum, et venerunt super urbem confidenter, et occiderunt omnem masculum. 26. Et Chamorem et Shechemum filium illius occiderunt ad os gladii, et sumpserunt Dinam e domo Shechemi, et exiverunt. 27. Filii Jacobi venerunt super confossos, et depraedati urbem, quod polluerint sororem suam. 28. Greges illorum, et armenta illorum, et asinos illorum, et quicquid in urbe, et quicquid in agro, sumpserunt. 29. Et omnes opes illorum, et omnem infantem illorum, et feminas illorum captivarunt et depraedati, et omne quod in domo. 30. Et dixit Jacob ad Shimeon et ad Levi, Perturbastis me, ad fetere faciendum me habitatori terrae, Cananaeo et Perizzaeo, et ego mortales numeri; et congregabuntur super me, et percutient me, et perdar ego et domus mea. 31. Et dixerunt, An sicut meretricem faciet sororem nostram?

CAPUT 35

1. Et dixit DEUS ad Jacobum, Surge, ascende Bethalem, et commorare²⁵ ibi, et fac ibi²⁶ altare DEO viso ad te in fugiendo te a coram Esau fratre tuo. 2. Et dixit Jacob ad domum suam, et ad omnes qui cum illo, Removete deos alienigenae, qui in medio vestri, et purificemini, et mutate vestes vestras. 3. Et surgamus, et ascendamus Bethalem, et faciam ibi altare DEO respondenti mihi in die angustiae meae, et fuit mecum in via quam ambulavi. 4. Et dederunt ad Jacobum omnes deos alienigenae, qui in manu illorum, et in aures quae in auribus illorum, et abscondidit illa Jacob sub quercu quae juxta Shechem. 5. Et profecti sunt; et fuit terror DEI super urbes quae circumcirca illos,

²⁵ »mane« [A]

²⁶ »tibi« I

et non persecuti post filios Jacobi. 6. Et venit Jacob ad Luz, quae in terra Canaan, haec Bethel, ille et omnis populus qui cum illo. 7. Et aedificavit ibi altare, et vocavit locum El-Bethel, quia ibi revelati ad illum dii, in fugiendo illo a coram fratre suo. 8. Et moriebatur Deborah nutrix Rebeccae, et sepeliebatur desubter Bethel sub quercu, et vocavit nomen ejus Allon Bacuth. 9. Et visus DEUS ad Jacobum adhuc, in veniendo illo e Paddan Aram, et benedixit illi. 10. Et dixit illi DEUS, Nomen tuum Jacob, non vocabitur nomen tuum amplius Jacob, quin immo Israel erit nomen tuum; et vocavit nomen illius Israel. 11. Et dixit illi DEUS, Ego DEUS Shaddai, fructificare et multiplicare, gens et coetus gentium erit e te, et reges e lumbis tuis exibunt. 12. Et terram quam dedi Abrahamo et Jischako, tibi dabo eam, et semini tuo post te dabo terram. 13. Et ascendit desuper illo DEUS in loco quo locutus cum illo. 14. Et statuit Jacobus statuam in loco quo locutus cum illo, statuam lapidis, et libavit super illam libamen, et fudit super illam oleum. 15. Et vocavit Jacob nomen loci ubi locutus cum illo DEUS, Bethel. 16. Et profecti a Bethel, et fuit adhuc tractus terrae ad veniendum Ephratam²⁷, et peperit Rachel, et dura passa in pariendo illam. 17. Et factum in dura patiendo illam, in pariendo illam, et dixit illi obstetrix, Ne timeas, quia etiam hic tibi filius. 18. Et factum in exire animam illius quod moritura, et vocavit nomen illius Benoni; et pater illius vocavit illum Benjamin. 19. Et moriebatur Rachel, et sepeliebatur in via Ephrath, haec Bethlehem. 20. Et statuit Jacob statuam super sepulcrum illius, haec statua sepulcri Rachelis, usque ad hodie. 21. Et profectus Israel, et tetendit tentorium suum ab ultra turrim Eder. 22. Et factum in residendo Israel in terra hac, et ivit Reuben, et cubuit cum Bilhah concubina patris sui, et audivit Israel. Et fuerunt filii Jacobi duodecim. 23. Filii Leae; primogenitus Jacobi Reuben, et Shimeon, et Levi, et Jehudah, et Jisaschar, et Zebulun. 24. Filii Rachelis, Joseph et Benjamin. 25. Et filii Bilhae ancillae Rachelis, Dan et Naphthali. 26. Et filii Zilpae ancillae Leae, Gad et Asher: hi filii Jacobi, qui nati illi in Paddan Aram. 27. Et venit Jacob ad Jischakum patrem suum, Mamre Kiriath Arba, haec Chebron, ubi peregrinatus Abraham et Jischak. 28. Et fuerunt dies Jischaki centum anni et octoginta anni. 29. Et exspiravit Jischak, et mortuus est, et collectus ad populos suos, senex et satur dierum; et sepeliverunt illum Esau et Jacob filii illius.

CAPUT 36

1. Et hae nativitates Esavi, ipse Edom. 2. Esau accepit feminas suas e filiabus Canaan, Adam filiam Elonis Chittaei, et Oholibamam filiam Anae filiae Zibeonis Chivaei. 3. Et Basematham filiam Jishmaelis, sororem Nebaioth. 4. Et peperit Adah Esavo Eliphazum, et Basemath peperit Reuelem. 5. Et Obolibamah peperit Jeushum, et Jaelam, et Korachum; hi filii Esavi qui nati ei in terra Canaan. 6. Et accepit Esau feminas suas, et filios suos, et filias suas, et omnes animas domus suae, et acquisitionem suam, et omnem bestiam suam, et omnem emptionem suam, quae acquisivit in terra Canaan, et ivit ad terram a coram Jacobo fratre suo. 7. Quia fuit conquisitio eorum multa prae habitare simul, et non potuit terra peregrinationum eorum ferre eos a coram

²⁷ I hat »Euphratam«

acquisitionibus eorum. 8. Et habitavit Esau in monte Seir; Esau ipse Edom. 9. Et hae nativitates Esavi patris Edomi in monte Seir. 10. Haec nomina filiorum Esavi; Eliphaz filius Adae uxoris Esavi; Reuel filius Basemath uxoris Esavi. 11. Et fuerunt filii Eliphazi, Teman, Omar, Zepho, et Gaetam, et Kenaz. 12. Et Timna fuit concubina Eliphazo filio Esavi, et peperit Eliphazo Amalekum; hi filii Adae uxoris Esavi. 13. Et hi filii Reuelis, Nachath et Zerach, Shammah, et Mizzah; hi fuerunt filii Basemath uxoris Esavi. 14. Et hi fuerunt filii Oholibamae filiae Anae, filiae Zibeonis, uxoris Esavi, et peperit Esavo Jeushum, et Jaelam, et Korach. 15. Hi duces filiorum Esavi, filii Eliphazi primogeniti Esavi, dux Teman, dux Omar, dux Zepho, dux Kenaz. 16. Dux Korach, dux Gaetam, dux Amalek; hi duces Eliphazi in terra Edom; hi filii Adae. 17. Et hi filii Reuelis filii Esavi, dux Nahath, dux Zerach, dux Shammah, dux Mizzah; hi duces Reuelis in terra Edom; hi filii Basemath uxoris Esavi. 18. Et hi filii Oholibamae uxoris Esavi, dux Jeush, dux Jaelam, dux Korach; hi duces Oholibamae filiae Anae uxoris Esavi. 19. Hi filii Esavi, et hi duces illorum, ipse Edom. 20. Hi filii Seir Choritae habitatores terrae, Lotan, et Shobal, et Zibeon, et Anah. 21. Et Dishon, et Ezer, et Dishan, hi duces Choritae filii Seir in terra Edom. 22. Et fuerunt filii Lotanis, Chori et Hemam; et soror Lotanis Timna. 23. Et hi filii Shobalis, Alvan, et Manahath, et Ebal, Shepho et Onam. 24. Et hi filii Zibeonis, et Aiah et Anah; hic Anah qui invenit mulos in deserto, in pascendo illo asinos Zibeoni patri suo. 25. Et hi filii Anae; Dishan, et Oholibamah filia Anae. 26. Et hi filii Dishonis; Hemdan, et Eshban, et Jithran, et Cheran. 27. Hi filii Ezer, Bilhan et Zaavan et Akan. 28. Hi filii Dishanis, Uz et Aran. 29. Hi duces Choritae; dux Lotan, dux Shobal, dux Zibeon, dux Anah. 30. Dux Dishon, dux Ezer, dux Dishan; hi duces Choritae quoad duces illorum in terra Seir. 31. Et hi reges qui regnarunt in terra Edom, ante regnare regem filiis Israelis. 32. Et regnavit in Edom, Bela filius Beoris, et nomen civitatis illius Dinhabah. 33. Et mortuus Bela, et regnavit loco illius Johab filius Zerach e Bozrah. 34. Et mortuus Johab, et regnavit loco illius Chusham, e terra Temanitarum. 35. Et mortuus Chusham, et regnavit loco illius Hadad filius Bedad, qui percussit Midianem in agro Moabi et nomen civitatis illius Avith. 36. Et mortuus Nadad, et regnavit loco illius Samlah e Masrekah. 37. Et mortuus Samlah, et regnavit loco illius Shaul e Rechoboth fluvii. 38. Et mortuus Shaul, et regnavit loco illius Baal-ghanan filius Achbor. 39. Et mortuus Baal-ghanan filius Achbor, et regnavit loco illius Hadar, et nomen civitatis illius Pau; et nomen uxoris illius Mehetabel, filia Matred filiae Mezahab. 40. Et haec nomina ducum Esavi, quod familias illorum, quoad loca illorum, in nominibus illorum; dux Timna, dux Alvah, dux Jetheth; 41. Dux Oholibamah, dux Elah, dux Pinon; 42. Dux Kenaz, dux Teman, dux Mibzar; 43. Dux Magdiel, dux Iram; hi duces Edomi, quoad habitationes illorum, in terra possessionis illorum, ipse Esau pater Edomi.

CAPUT 37

1. Et habitavit Jacob in terra peregrinationum patris sui in terra Canaan. 2. Hae nativitates Jacobi; Joseph filius septendecim annorum fuit pascens cum fratribus suis gregem, et is puer, cum filiis Bilhae et cum filiis Zilpae, feminarum patris sui: et adduxit Joseph malam famam illorum ad patrem illorum. 3. Et Israel amavit Josephum prae

omnibus filiis suis, quia filius senectutum is ei, et fecit ei tunicam variorum colorum. 4. Et viderunt fratres ejus quod eum amavit pater illorum prae omnibus fratribus ejus, et oderunt eum, et non potuerunt loqui ei ad pacem. 5. Et somniavit Joseph somnium, et indicavit fratribus suis, et addiderunt adhuc odisse illum. 6. Et dixit ad illos, Audite quaeso somnium hoc quod somniavi. 7. Et ecce nos manipulantes manipulos in medio agri, et ecce surrexit manipulus meus, et etiam constitit, et ecce circumdederunt manipuli vestri, et incurvaverunt se manipulo meo. 8. Et dixerunt ei fratres ejus, An regnando regnabis super nos? si dominando dominaberis in nos? et addiderunt adhuc odisse eum super somnia ejus, et super verba ejus. 9. Et somniavit adhuc somnium alterum, et narravit illud fratribus suis, et dixit, Ecce somniavi somnium adhuc, et ecce sol et luna, et undecim stellae incurvantes se mihi. 10. Et narravit ad patrem suum, et ad fratres suos, et increpavit eum pater ejus, et dixit ei, Quid somnium hoc quod somniasti? an veniendo veniemus ego et mater tua, et fratres tui, ad incurvandum nos tibi terram? 11. Et inviderunt ei fratres ejus; et pater ejus custodivit verbum. 12. Et iverunt fratres ejus ad pascendum gregem patris illorum in Shechem. 13. Et dixit Israel ad Josephum, Nonne fratres tui pascentes in Shechem? vade et mittam te ad illos, et dixit ei, Ecce me. 14. Et dixit ei, Vade quaeso, vide pacem fratrum tuorum, et pacem gregis, et reduc mihi verbum; et misit eum e valle Chebronis, et venit Shechemum. 15. Et invenit eum vir, et ecce errans in agro, et interrogavit eum vir, dicendo, Quid quaeris? 16. Et dixit, Fratres meos ego quaerens, indica quaeso mihi, ubi illi pascentes. 17. Et dixit vir, Profecti abhinc, quia audivi dicentes, Eamus Dothanem; et ivit Joseph post fratres suos, et invenit illos in Dothan. 18. Et viderunt eum e longinquo, et antequam appropinquavit ad illos, et machinati sunt ei ad mori faciendum eum. 19. Et dixerunt vir ad fratrem suum, Ecce dominus somniorum iste venit. 20. Et nunc ite et occidamus eum, et mittamus eum in unam fovearum, et dicamus, Fera mala comedit eum; et videbimus quid erunt somnia ejus. 21. Et audivit Reuben, et eripuit eum e manu illorum, et dixit, Non percutiamus eum, anima. 22. Et dixit ad illos Reuben, Ne effundatis sanguinem, mittite eum ad foveam illam quae in deserto, et manum ne mittatis in eum; propterea ut eriperet eum e manu illorum, ad reducendum eum ad patrem ejus. 23. Et factum sicut venit Josephus ad fratres suos, et exuebant Josephum tunica sua, tunica variorum colorum quae super eum. 24. Et sumpserunt eum, et miserunt eum in foveam, et fovea vacua, nulla in illa aqua. 25. Et sederunt ad comedendum panem, et sustulerunt oculos suos, et viderunt, et ecce comitatus Jishmaelitarum venit e Gilead, et cameli illorum ferentes aromata, et resinam, et stacten, euntes ad deferendum ad Aegyptum. 26. Et dixit Jehudah ad fratres suos, Quid lucri quod occidamus fratrem nostrum, et obtegamus sanguinem ejus? 27. Ite et vendamus eum Jishmaelitis, et manus nostra ne sit in eum, quia frater noster caro nostra is; et auscultaerunt fratres illius. 28. Et transiverunt viri Midianitae negotiatores, et extraxerunt et ascendere fecerunt Josephum e fovea, et vendiderunt Josephum Jishmaelitis in viginti argenti; et adduxerunt Josephum Aegyptum. 29. Et rediit Reuben ad foveam, et ecce nullus Joseph in fovea: et discidit vestes suas. 30. Et rediit ad fratres suos, et dixit, Natus non amplius, et ego quo ego venio? 31. Et sumpserunt tunicam Josephi, et mactarunt hircum caprarum, et intinxerunt tunicam in sanguine. 32. Et miserunt tunicam variorum colorum, et

adduxerunt ad patrem illorum, et dixerunt, Hanc invenimus, agnosce quaeso an tunica filii tui haec, si non. 33. Et agnovit illam, et dixit, Tunica filii mei, fera mala comedit eum, discernendo discernptus est Joseph. 34. Et discidit Jacob vestes suas, et posuit saccum in lumbis suis, et luxit super filio suo diebus multis. 35. Et surrexerunt omnes filii ejus, et omnes filiae ejus, ad consolandum eum, et renuit ad consolandum se, et dixit, Quia descendam ad filium meum lugens sepulcrum; et flevit eum pater ejus. 36. Et Midianitae vendiderunt eum ad Aegyptum Potiphari cubiculario Pharaonis, principi satellitum.

CAPUT 38

1. Et factum in tempore hoc, et descendit Jehudah ex fratribus suis, et declinavit usque ad virum Adullamitam, et nomen ejus Hirah. 2. Et vidit ibi Jehudah filiam viri Canaanitae, et nomen ejus Shua, et accepit illam et venit ad illam. 3. Et concepit et peperit filium, et vocavit ²⁸ nomen ejus Er. 4. Et concepit adhuc et peperit filium, et vocavit ^[s. zu v. 3] nomen ejus Onan. 5. Et addidit adhuc et peperit filium, et vocavit ^[s. zu v. 3] nomen ejus Shelah; et fuit in Kezib in parere illam eum. 6. Et accepit Jehudah mulierem Ero primogenito suo, et nomen illius Tamar. 7. Et fuit Er primogenitus Jehudae malus in oculis JEHOVAE, et mori fecit eum JEHOVAH. 8. Et dixit Jehudah ad Onan, Veni ad uxorem fratris tui, et levitatum praesta illi, et excita semen fratri tuo. 9. Et novit Onan quod non sibi esset semen, et fuit, cum venit ad uxorem fratris sui, et perdidit ad terram, ut non daret semen fratri suo. 10. Et fuit malum in oculis JEHOVAE quod fecit, et mori fecit etiam eum. 11. Et dixit Jehudah Tamari nurui suae, Mane vidua domo patris tui, usque adolescit Shelah filius meus, quia dixit, Forte moriatur etiam hic, sicut fratres ejus; et ivit Tamar, et mansit domo patris sui. 12. Et multiplicati dies, et moriebatur filia Shuae uxor Jehudae, et consolatus Jehudah, et ascendit ad tonsores gregis sui, is et Hirah socius ejus Adullamita, Timnatham. 13. Et indicatum Tamari, dicendo, Ecce socer tuus ascendit Timnatham ad tondendum gregem suum. 14. Et removit vestes viduitatis suae a super se, et obtexit in peplo, et operuit se; et sedit in ostio fontium, qui super via Timnatham; quia vidit quod adolevit Shelah, et illa non data ei in mulierem. 15. Et vidit illam Jehudah, et reputabat illam meretricem, quia obtexit facies suas. 16. Et declinavit ad illam ad viam, et dixit, Da quaeso veniam ad te; quia non novit quod nurus ejus illa; et dixit, Quid das mihi quod venias ad me? 17. Et dixit, Ego mittam haedum caprarum de grege; et dixit, Si des arrhabonem usque ad mittere te. 18. Et dixit, Quae arrhabo quam dabo tibi? et dixit, Sigillum tuum, panniculum tuum, et baculum tuum qui in manu tua; et dedit illi, et venit ad illam, et concepit ei. 19. Et surrexit, et ivit, et removit peplum suum a super se, et induit vestes viduitatis suae. 20. Et misit Jehudah haedum caprarum in manu socii sui Adullamitae, ad accipiendum arrhabonem e manu mulieris, et non invenit illam. 21. Et interrogavit viros loci illius, dicendo, Ubi scortum illud in fontibus super via? et dixerunt, Non fuit ibi scortum. 22. Et reversus ad Jehudam, et

²⁸ A fügt »(ille)« in Vers 3 und »(illa)« in den Versen 4 und 5 [Position mit »s. zu v. 3« gekennzeichnet] ein, um zu zeigen, dass das hebräische männlich bzw. weiblich ist.

dixit, Non inveni illam, et etiam viri loci dixerunt, Non fuit ibi scortum. 23. Et dixit Jehudah, Accipiat sibi, forte erimus contemptui, ecce misi haedum hunc, et tu non invenisti illam. 24. Et fuit circiter a tribus mensibus, et indicatum Jehudae, dicendo, Scortata Tamar nurus tua, et etiam ecce gravida ad scortationes; et dixit Jehudah, Educite illam, et comburatur. 25. Illa educta, et illa misit ad socerum suum, dicendo, Viro, cui haec, ego gravida, et dixit, Agnosce quaeso, cui sigillum et panniculus et baculus, haec. 26. Et agnovit Jehudah, et dixit, Justa prae me, quia propterea quod non dedi illam Shelae filio meo; et non addidit amplius cognoscere illam. 27. Et factum in tempore parere illam, et ecce gemini in utero illius. 28. Et factum in parere illam, et dedit manum, et accepit obstetrix, et ligavit super manu ejus dibaphum, dicendo, Hic exivit prius. 29. Et factum, sicut reducit manum suam, et ecce exivit frater ejus, et dixit, Quid rupisti super te rupturam? et vocavit nomen ejus Perez. 30. Et postea exivit frater ejus, cujus super manu dibaphum, et vocavit nomen ejus Zerach.

CAPUT 39

1. Et Joseph descendere factus Aegyptum, et emit eum Potiphar cubicularius Pharaonis, princeps satellitum, vir Aegyptius, Jishmaelitarum, qui descendere fecerunt eum illuc. 2. Et fuit JEHOVAH cum Josepho, et fuit vir prosperans, et fuit in domo domini sui Aegyptii. 3. Et vidit dominus ejus quod JEHOVAH cum eo, et omne quod is faciens JEHOVAH prosperans in manu ejus. 4. Et invenit Joseph gratiam in oculis ejus, et ministravit illi, et praefecit eum super domum suam, et quicquid erat illi dedit in manum ejus. 5. Et factum e quo praefecit eum in domo sua, et super omne quod erat illi, et benedixit JEHOVAH domui Aegypti propter Josephum; et fuit benedictio JEHOVAE in omni quod erat illi in domo et in agro. 6. Et reliquit omne quod illi in manum Josephi, et non scivit cum eo quicquam, nisi panem quem ille edens. Et erat Josephus pulcher forma, et pulcher aspectu. 7. Et factum post verba haec, et sustulit uxor domini ejus oculos suos ad Josephum, et dixit, Cuba mecum. 8. Et renuit, et dixit ad uxorem domini sui, Ecce dominus meus non scit cum me quid in domo, et omne quod est illi dedit in manum meam. 9. Non ipse magnus in domo hac prae me, et non prohibuit a me quicquam nisi temet, eo quod tu uxor illius; et quomodo faciam malum magnum hoc, et peccarem DEO? 10. Et factum, ut loqui illam ad Josephum die die, et non audivit ad illam, ad cubandum apud illam, ad esse cum illa. 11. Et factum ut die quodam, et venit domum ad faciendum opus suum, et nullus vir e viris domus ibi in domo. 12. Etprehendit eum in veste ejus, dicendo, Cuba mecum; et reliquit vestem suam in manu illius, et fugit, et exivit foras. 13. Et factum, ut videre illam, quod reliquit vestem suam in manu sua, et fugit foras. 14. Et clamavit ad viros domus suae et dixit illis, dicendo, Videte, adduxit nobis virum Hebraeum ad illudendum nobis, venit ad me ad cubandum mecum, et clamavi voce magna. 15. Et factum, ut audire eum, quod sustuli vocem meam, et clamavi, et reliquit vestem suam apud me, et fugit, et exivit foras. 16. Et reposuit vestem ejus apud se, usque venire dominum ejus ad domum suam. 17. Et locuta ad illum secundum verba haec, dicendo, Venit ad me servus Hebraeus, quem adduxisti nobis, ad illudendum mihi. 18. Et factum, sicut tollere me vocem meam, et

clamavi, et reliquit vestem suam apud me, et fugit foras. 19. Et factum, sicut audire dominus ejus verba uxoris suae, quae locuta ad illum, dicendo, Secundum verba haec fecit mihi servus tuus; et accensa ira illius. 20. Et accepit dominus Josephi eum, et dedit cum ad domum carceris, locum quo vincti regis vincti; et fuit ibi in domo carceris. 21. Et fuit JEHOVAH cum Josepho, et inclinavit ad eum misericordiam et dedit gratiam ejus in oculis principis domus carceris. 22. Et dedit princeps domus carceris in manum Josephi omnes vinctos qui in domo carceris, et omne quod facientes ibi, is fuit faciens. 23. Nihil princeps domus carceris videns quicquam in manu ejus, eo quod JEHOVAH cum eo, et quod is faciens, JEHOVAH prosperans.

CAPUT 40

1. Et fuit post verba haec peccaverunt pincerna regis Aegypti, et pistor, domino suo regi Aegypti. 2. Et succensuit Pharaoh super binos ministros aulicos suos, super principem pincernarum, et super principem pistorum. 3. Et dedit illos in custodiam domus principis satellitum ad domum carceris, locum ubi Joseph vinctus. 4. Et praefecit princeps satellitum Josephum illis, et ministrabat illis, et fuerunt diebus in custodia. 5. Et somniarunt somnium bini illi, quisque somnium suum, in nocte una, quisque secundum interpretationem somnii sui, pincerna et pistor, qui regi Aegypti, qui vincti in domo carceris. 6. Et venit ad illos Joseph in matutino, et vidit illos, et ecce illi perturbati. 7. Et interrogabat ministros aulicos Pharaonis, qui cum eo in custodia domus domini sui, dicendo, Quare facies vestrae malae hodie? 8. Et dixerunt ad eum, Somnium somniavimus, et interpretator nullus illi; et dixit ad illos Joseph, Nonne DEO interpretationes? narrate quaeso mihi. 9. Et narravit princeps pincernarum somnium suum Josepho, et dixit ei, In somnio meo, et ecce vitis coram me. 10. Et in vite tres propagines²⁹, et illa sicut germinans, ascendit flos illius, et maturuerunt botri illius, uvas. 11. Et scyphus Pharaonis in manu mea, et accepi uvas, et expressi illas ad scyphum Pharaonis, et dedi scyphum super volam Pharaonis. 12. Et dixit illi Josephi, Haec interpretatio illius; tres propagines tres dies illae. 13. In adhuc tribus diebus extollet Pharaoh caput tuum, et reducet te super stationem tuam, et dabis scyphum Pharaonis in manum illius, secundum morem priorem, quo fuisti pincerna illius. 14. Verum memento mei tecum, quando bene est tibi, et facias quaeso mecum misericordiam, et meminisse facias mei ad Pharaonem, et educas me e domo hac. 15. Quia furto auferendo ablatum sum e terra Hebraeorum, et etiam hic non feci quicquam quod posuerint me in fovea. 16. Et vidit princeps pistorum, quod bonum interpretatus et dixit ad Josephum, Etiam ego in somnio meo, et ecce tria canistra perforata³⁰ super capite meo. 17. Et in canistro supremo ab omni cibo Pharaonis, opere pistoris, et avis edens ea e canistro desuper capite meo. 18. Et respondit Joseph, et dixit, Haec interpretatio ejus, tria canistra tres dies illa. 19. In adhuc tribus diebus, extollet Pharaoh caput tuum e super te, et suspendet temet super ligno, et edet avis carnem tuam e super

²⁹ Sch hat »palmites«

³⁰ [Zu »canistra perforata«:] Sch hat »corbes simlagineorum (panum)«

te. 20. Et factum in die tertio, die nasci Pharaonis, et fecit convivium omnibus servis suis, et extulit caput principis pincernarum, et caput principis pistorum, in medio servorum suorum. 21. Et reduxit principem pincernarum super propinationem suam, et dedit scyphum super volam Pharaonis. 22. Et principem pistorum suspendit, quemadmodum interpretatus illis Josephus. 23. Et non recordatus princeps pincernarum Josephi, et oblitus ejus.

CAPUT 41

1. Et factum a fine biennii dierum, et Pharaoh somnians, et ecce stans juxta fluvium. 2. Et ecce e fluvio ascendentes septem vaccae, pulchrae aspectu et pingues carne, et pascebant in ulva. 3. Et ecce septem vaccae aliae, ascendentes post eas e fluvio, malae aspectu et graciles carne, et steterunt juxta vaccas super ripa fluvii. 4. Et comederunt vaccae malae aspectu, et graciles carne, septem vaccas pulchras aspectu et pingues; et expergefactus Pharaoh. 5. Et obdormivit et somniavit secundo, et ecce septem aristae ascendentes in calamo uno, pingues et bonae. 6. Et ecce septem aristae graciles et exustae euro, germinantes post illas. 7. Et absorbebant aristae graciles septem aristas pingues et plenas; et expergefactus Pharaoh, et ecce somnium. 8. Et factum in matutino agitatus spiritus illius, et misit et vocavit omnes magos Aegypti, et omnes sapientes illius, et narrabat³¹ Pharaoh illis somnium suum, et nemo interpretans illa Pharaoni. 9. Et locutus princeps pincernarum cum Pharaone, dicendo, Peccatorum meorum ego recordor hodie. 10. Pharaoh succensuit super servos suos, et dedit me in custodiam domo principis satellitum, me et principem pistorum. 11. Et somniavimus somnium in nocte una, ego et is, quisque secundum interpretationem somnii sui somniavimus. 12. Et ibi cum nobis puer Hebraeus servus principi satellitum, et narravimus ei, et interpretatus nobis somnia nostra, cuique secundum somnium suum interpretatus. 13. Et factum, quemadmodum interpretatus nobis, ita fuit, me reduxit super stationem meam, et eum suspendit. 14. Et misit Pharaoh, et vocavit Josephum, et acceleraverunt eum e fovea, et totondit, et mutavit vestes suas, et venit ad Pharaonem. 15. Et dixit Pharaoh ad Josephum, Somnium somniavi, et interpretans nemo illud, et ego audivi super te, dicendo, audias somnium ad interpretandum illud. 16. Et respondit Joseph Pharaoni, dicendo, Non ad me, DEUS respondebit pacem, Pharaoh. 17. Et locutus Pharaoh ad Josephum, In somnio meo, ecce me stantem juxta ripam fluvii. 18. Et ecce e fluvio ascendentes septem vaccae pingues carne et pulchrae forma, et pascebant in ulva. 19. Et ecce septem vaccae aliae ascendentes post eas, tenues et malae forma valde, et macilentae carne; non vidi sicut eas in omni terra Aegypti quoad malignitatem. 20. Et comederunt vaccae macilentae et malae septem vaccas priores pingues. 21. Et venerunt ad viscera earum, et non cognitum quod venerint ad viscera earum, et aspectus earum malignus quemadmodum in initio; et expergefactus sum. 22. Et vidi in somnio meo, et ecce septem aristae ascendentes in calamo uno, plenas et bonae. 23. Et ecce septem aristae aridae, graciles et exustae euro, germinantes post illas. 24. Et absorpserunt

³¹ »narravit« I, nur hier.

aristae graciles septem aristas bonas: et dixi ad magos, et nemo indicans mihi. 25. Et dixit Joseph ad Pharaonem, Somnium Pharaonis unum illud, quod DEUS faciens indicavit Pharaoni. 26. Septem vaccae bonae septem anni eae, et septem aristae bonae septem anni illae; somnium unum illud. 27. Et septem vaccae graciles et malae ascendentes post eas, septem anni eae; et septem aristae vacuae, exustae euro, erunt septem anni famis. 28. Hoc verbum quod locutus sum ad Pharaonem, quod DEUS faciens, videre fecit Pharaonem. 29. Ecce septem anni veniunt, abundantia annonae magna in omni terra Aegypti. 30. Et surgent septem anni famis post eos, et oblivioni dabitur omnis abundantia annonae in terra Aegypti, et consumet fames terram. 31. Et non cognoscetur abundantia annonae in terra a coram fame illa posthac, quia gravis ea valde. 32. Et super iterari somnium ad Pharaonem duabus vicibus, quia stabilitum verbum a cum DEO, et festinans DEUS facere illud. 33. Et nunc videat Pharaoh virum intelligentem et sapientem, et constituat illum super terram Aegypti. 34. Faciat Pharaoh, et praeficiat praefectos super terram, et quintet terram Aegypti in septem annis abundantiae annonae. 35. Et congregent omnem cibum annorum bonorum venientium illorum, et congerant frumentum sub manum³² Pharaonis, cibum in urbibus, et custodiant. 36. Et sit cibus ad depositum terrae, ad septem annos famis, qui erunt in terra Aegypti, et non excindetur terra in fame. 37. Et bonum fuit verbum in oculis Pharaonis, et in oculis omnium servorum illius. 38. Et dixit Pharaoh ad servos suos, Num inveniemus sicut hunc virum, in quo spiritus DEI? 39. Et dixit Pharaoh ad Josephum, Postquam cognoscere fecit DEUS tibimet omne hoc, nemo intelligens et sapiens sicut tu. 40. Tu eris super domo mea, et super ore tuo osculabitur omnis populus meus, tantum solio magnus ero prae te. 41. Et dixit Pharaoh ad Josephum, Vide, dedi te super omnem terram Aegypti. 42. Et removit Pharaoh anulum suum a super manu sua, et dedit illum super manum Josephi, et vestivit eum vestibibus byssi, et posuit torquem auri super collum ejus. 43. Et vehi fecit eum in curru secundario qui sibi, et clamaverunt ante eum, Abrech, et dando eum super omnem terram Aegypti. 44. Et dixit Pharaoh ad Josephum, Ego Pharaoh, et praeter te non extollet vir manum suam et pedem suum, in omni terra Aegypti. 45. Et vocavit Pharaoh nomen Josephi Zaphenath Paneah; et dedit ei Asenath filiam Potipherae sacerdotis On in mulierem; et exivit Joseph super terram Aegypti. 46. Et Joseph filius triginta annorum in stando eo coram Pharaone rege Aegypti, et exivit Joseph a coram Pharaone, et transivit in omnem terram Aegypti. 47. Et fecit terra in septem annis abundantiae annonae collectiones. 48. Et congregavit omnem cibum septem annorum, qui fuerunt in terra Aegypti, et dedit cibum in urbibus, cibum agri urbis quae circumcirca illam, dedit in medio illius. 49. Et conguessit Joseph frumentum sicut arenam maris multum valde, usque quod cessavit ad numerandum, quia nullus numerus. 50. Et Josepho natum duo filii, antequam venit annus famis, quos peperit ei Asenath filia Potipherae sacerdotis On. 51. Et vocavit Joseph nomen primogeniti Menasheh, quia oblivisci me fecit³³ DEUS omnis laboris mei, et omnis domus patris mei. 52. Et nomen secundi vocavit Ephraim, quia fructificari fecit

³² I hat »manu«, sofern nicht A [»manum«] anzeigt.

³³ A hat diese Worte [»me fecit«] umgestellt [also: »fecit me«].

me DEUS in terra afflictionis meae. 53. Et absoluti septem anni abundantiae annonae, quae fuit in terra Aegypti. 54. Et inceperunt septem anni famis venire, quemadmodum dixit Joseph; et fuit fames in omnibus terris, et in omni terra Aegypti fuit panis. 55. Et famem passa omnis terra Aegypti, et clamavit populus ad Pharaonem pro pane, et dixit Pharaoh omni Aegypti, Ite ad Josephum, quod dicit vobis, faciatis. 56. Et fames fuit super omnibus faciebus terrae, et aperuit Joseph omnia in quibus, et vendidit Aegypti; et invalescebat fames in terra Aegypti. 57. Et omnis terra venerunt Aegyptum ad emendum ad Josephum, quia invaluit fames in omni terra.

CAPUT 42

1. Et vidit Jacob, quod esset annona in Aegypti, et dixit Jacob filiis suis, Quare aspicitis vos? 2. Et dixit, Ecce audivi quod sit annona in Aegypti; descendite illuc, et emite nobis inde, et vivamus, et non moriamur. 3. Et descenderunt fratres Josephi decem ad emendum frumentum ex Aegypti. 4. Et Benjaminem fratrem Josephi non misit Jacob cum fratribus ejus, quia dixit, Forte obveniat illi damnum. 5. Et venerunt filii Israelis ad emendum in medio venientium, quia fuit fames in terra Canaan. 6. Et Joseph is dominator super terram, is³⁴ vendens omni populo terrae: et venerunt fratres Josephi, et incurvaverunt se ei facies ad terram. 7. Et vidit Joseph fratres suos, et agnovit illos, et gessit se alienum ad illos, et locutus cum illis dura, et dixit ad illos, Unde venistis et dixerunt, E terra Canaan, ad emendum cibum. 8. Et agnovit Joseph fratres suos, et illi non agnoverunt eum. 9. Et recordatus Joseph somniorum quae somniavit illis, et dixit ad illos, Exploratores vos, ad videndum nuditatem terrae venistis. 10. Et dixerunt ad eum, Non domine mi, et servi tui veniunt ad emendum cibum. 11. Omnes nos filii viri unius nos, recti nos, non sunt servi tui exploratores. 12. Et dixit ad illos, Non, quod nuditatem terrae venistis ad videndum. 13. Et dixerunt, Duodecim servi tui fratres nos, filii viri unius in terra Canaan, et ecce minimus cum patre nostro hodie, et unus non est. 14. Et dixit ad illos Joseph, Hoc quod locutus ad vos, dicendo, exploratores vos. 15. In hoc probabimini, vivat Pharaoh, si exhibitis exhinc nisi in venire frater vester minimus huc. 16. Mittite e vobis unum, et accipiat fratrem vestrum, et vos vinciemini, et probabuntur verba vestra, an veritas cum vobis, et si non, vivat Pharaoh, quod exploratores vos. 17. Et conclusit illos ad custodiam tribus diebus. 18. Et dixit ad illos Joseph in die tertio, Hoc facite, et vivetis, DEUM ego timeo. 19. Si recti vos, frater vester unus vinciatur in domo custodiae vestrae, et vos ite, adducite annonam famis domorum vestrarum. 20. Et fratrem vestrum minimum adducatis ad me, et verificabuntur verba vestra, et non moriamini; et fecerunt ita. 21. Et dixerunt vir ad fratrem suum, Profecto, rei sumus nos super fratrem nostrum, cujus vidimus angustiam animae in deprecando illo ad nos, et non audivimus, propterea venit ad nos angustia haec. 22. Et respondit Reuben illis, dicendo, Nonne dixi ad vos dicendo, ne peccetis in natum? et non auscultavistis; et etiam sanguis ejus ecce inquiritur. 23. Et illi non sciverunt, quod audiens Joseph, quia interpres inter illos. 24. Et conversus a super illis, et flevit, et rediit ad illos, et locutus

³⁴ I hat »et«, sofern nicht A [»is«] anzeigt.

ad illos, et accepit ex illis Shimeonem, et vincivit illum ad oculos illorum. 25. Et praecepit Joseph, et impleverunt vasa illorum frumento, et ad reducendum argentum illorum, cujuslibet in saccum illius, et ad dandum illis viaticum ad viam; et fecit illis ita. 26. Et sustulerunt annonam suam super asinos suos, et iverunt inde. 27. Et aperuit unus saccum suum, ad dandum pabulum asino suo in diversorio, et vidit argentum suum, et ecce illud in ore manticae illius. 28. Et dixit ad fratres suos, Reductum argentum meum, et etiam ecce in mantica mea; et exivit cor illorum, et intremuerunt vir ad fratrem suum, dicendo, Quid hoc fecit DEUS nobis? 29. Et venerunt ad Jacobum patrem suum, terram Canaan, et indicabant ei omnia obvenientia illis, dicendo. 30. Locutus vir dominus terrae cum nobis dura, et dedit nos sicut explorantes terram. 31. Et diximus ad eum, Recti nos, non sumus exploratores. 32. Duodecim nos fratres filii patris nostri, unus non est, et minimus hodie cum patre nostro in terra Canaan. 33. Et dixit ad nos vir dominus terrae, In hoc sciam quod recti vos, fratrem vestrum unum manere facite mecum, et famem domorum vestrarum accipite, et ite. 34. Et adducite fratrem vestrum minimum ad me, et sciam quod non exploratores vos, quod recti vos; fratrem vestrum dabo vobis, et terram negotiando pervagabimini. 35. Et fuit, illi evacuantes saccos suos, et ecce cuius colligatio argenti sui in sacco suo, et videbant colligationes argenti illorum, illi et pater illorum, et timuerunt. 36. Et dixit ad illos Jacob pater illorum, Me orbavistis, Joseph non est; et Shimeon non est, et Benjaminem sumitis; super me erunt omnia haec. 37. Et dixit Reuben ad patrem suum, dicendo, Duos filios meos mori facias, nisi adduxero illum ad te, da illum super manum meam, et ego reducam illum ad te. 38. Et dixit, Non descendet filius meus vobiscum, quia frater illius mortuus, et ille solus is relictus, et obveniat illi damnum in via qua ibitis in illa, et descendere facietis canitiem meam in maerore sepulcrum.

CAPUT 43

1. Et fames ingravescebat in terra. 2. Et factum, sicut absolvissent comedere annonam, quam adduxerunt ex Aegypto, et dixit ad illos pater illorum, Revertimini, emite nobis parum cibi. 3. Et dixit ad eum Jehudah, dicendo, Contestando contestatus in nos vir, dicendo, Non videbitis facies meas absque quod frater vester vobiscum. 4. Si sis tu mittens fratrem nostrum nobiscum, descendemus et ememus tibi cibum. 5. Et si non tu mittens, non descendemus, quia vir dixit ad nos, Non videbitis facies meas absque quod frater vester vobiscum. 6. Et dixit Israel, Quare male fecistis mihi, ad indicandum viro an adhuc vobis frater? 7. Et dixerunt, Interrogando interrogavit vir ad nos, et ad nativitatem nostram, dicendo, An adhuc pater vester vivit? an sit vobis³⁵ frater? et indicavimus ei juxta os verborum illorum; an sciendo scivimus quod diceret, Descendere facite fratrem vestrum? 8. Et dixit Jehudah ad Israelem patrem suum, Mitte puerum mecum, et surgemus, et ibimus, et vivemus, et non moriemur, etiam nos, etiam tu, etiam infantes nostri. 9. Ego³⁶ spondebo pro illo, e manu mea quaeres illum, nisi

³⁵ »nobis« I

³⁶ »Et« I, aber »Ego« A, Heb. = »Ego«.

adduxero illum ad te, et statuero illum coram te, et peccabo tibi omnibus diebus. 10. Quia ni forte tardaverimus, quod nunc reversi fuerimus his duabus vicibus. 11. Et dixit ad illos Israel pater illorum, Si ita ergo hoc, facite, accipite e decantatione terrae in vasis vestris, et descendere facite viro munus, parum resinae, et parum mellis, ceram et stacten, nuces terebinthinas et amygdalas. 12. Et argenti duplum accipite in manibus vestris, et argentum reductum in ore manticarum vestrarum reducetis in manu vestra, forte error hoc. 13. Et fratrem vestrum accipite, et surgite, revertimini ad virum. 14. Et Deus Shaddai det vobis misericordias coram viro, et mittat vobis fratrem vestrum alterum, et Benjaminem; et ego quemadmodum orbatus sum, orbatus ero. 15. Et acceperunt viri munus hoc, et duplum argenti acceperunt in manu sua, et Benjaminem, et surrexerunt, et descenderunt Aegyptum, et steterunt coram Josepho. 16. Et vidit Joseph cum illis Benjaminem, et dixit ei qui super domo sua, Adduc viros domum, et mactando macta, et praepara, quia mecum comedent viri in meridie. 17. Et fecit vir quemadmodum dixit Joseph, et adduxit vir viros domum Josephi. 18. Et timuerunt viri quod adducti domum Josephi, et dixerunt, Super verbum argenti reducti in manticis nostris in initio nos adducimur, ad devolvendum super nos, et ad conjiciendum se super nos, et ad sumendum nos ad servos, et asinos nostros. 19. Et accesserunt ad virum qui super domo Josephi, et locuti ad illum ostio domus. 20. Et dixerunt, In me³⁷, domine mi, descendendo descendimus in initio ad emendum cibum. 21. Et factum, cum veniremus ad diversorium, et aperuimus manticas nostras, et ecce argentum cujusvis in ore manticae suae, argentum nostrum in pondere suo, et reducimus illud in manu nostra. 22. Et argentum alterum descendere facimus in manu nostra ad emendum cibum, non scimus quis posuit argentum nostrum in manticis nostris. 23. Et dixit, Pax vobis, ne timeatis, Deus vester, et Deus patris vestri dedit vobis absconditum donum in manticis vestris, argentum vestrum venit ad me; et eduxit ad illos Shimeonem. 24. Et adduxit vir viros domum Josephi, et dedit aquam³⁸, et lavarunt pedes suos, et dedit pabulum asinis illorum. 25. Et praepararunt munus, usque ad venire Joseph in meridie, quia audiverunt quod ibi comederent panem. 26. Et venit Joseph domum, et adduxerunt ei munus quod in manu illorum, domum, et incurvabant se ei ad terram. 27. Et interrogavit illos ad pacem; et dixit, An pax patri vestro seni, quem dixistis? an adhuc is vivit? 28. Et dixerunt, Pax servo tuo patri nostro, adhuc ille vivit, et deflexerunt se, et incurvarunt se. 29. Et sustulit oculos suos, et vidit Benjaminem fratrem suum, filium matris suae, et dixit, An hic frater vester minimus, quem dixistis ad me? et dixit, Deus graciosus sit tibi, fili mi. 30. Et festinavit Joseph, quia commovebantur commiserationes ejus ad fratrem suum, et quaerebat flere, et venit cubiculum, et flevit ibi. 31. Et lavit facies suas, et exivit, et continuit se, et dixit, Ponite panem. 32. Et posuerunt illi soli, et illis solis, et Aegyptiis comedentibus cum eo solis, quia non possunt Aegyptii comedere cum Hebraeis panem, quia abominatio id Aegyptiis. 33. Et sederunt coram eo, primogenitus

³⁷ Siehe die Bemerkung zu AC 5654, Seite 250, Fußnote 1. [Dort heißt es: »Heb. Interjektion בִּי (bi), buchstäblich »in mir«, wird im allgemeinen als ein Ausruf des inständigen Bittens angesehen. Ihre recht andere Deutung, die Swedenborg gibt, wird in AC 5796 und 6981 beibehalten.]

³⁸ A ändert »aquas« in »aquam« um, aber AC 5666 und 5668 haben »aquas«.

secundum primogenituram suam, et minorennis secundum minorennitatem suam, et obstupuerunt viri quisque ad socium suum. 34. Et extulit portiones ex faciebus suis ad illos, et multiplicavit portionem Benjaminis prae portionibus omnium illorum quinque mensuris; et bibebant, et large bibebant cum eo.

CAPUT 44³⁹

1. Et praecepit illi qui super domo sua, dicendo, Imple manticas virorum cibo, quantum possunt ferre, et pone argentum cujusvis in ore manticae ejus. 2. Et scyphum meum, scyphum argenti, ponas in ore manticae minimi, et argentum frumenti ejus, et fecit secundum verbum Josephi quod locutus. 3. Mane illuxit, et viri dimissi sunt, illi et asini illorum. 4. Illi exiverunt urbe, non elongati, et Joseph dixit illi qui super domo sua, Surge, persequere post viros, et assecutus illos, et dicas ad illos, Quapropter retribuistis malum pro bono? 5. Nonne id, in quo bibit dominus meus, et is divinando divinat in hoc? male fecistis quod fecistis. 6. Et assecutus illos, et locutus ad illos verba illa. 7. Et dixerunt ad illum, Quapropter loquitur dominus meus juxta verba haec? absit servis tuis a faciendo juxta verbum hoc. 8. Ecce argentum quod invenimus in ore manticarum nostrarum, reduximus ad te e terra Canaan; et quomodo furabimur e domo domini tui argentum vel aurum? 9. Cum quo invenitur e servis tuis, et moriatur, et etiam nos erimus domino meo in servos. 10. Et dixit, Etiam nunc secundum verba vestra, ita id; cum quo invenitur, erit mihi servus, et vos eritis insontes. 11. Et festinarunt, et descendere fecerunt quisque manticam suam terram, et aperuerunt quisque manticam suam. 12. Et scrutatus est, in maximo incepit et in minimo absolvit, et inventus scyphus in mantica Benjaminis. 13. Et diruperunt vestes suas, et oneravit quisque super asinum suum, et reversi sunt urbem. 14. Et intravit Jehudah et fratres ejus domum Josephi, et is adhuc is ibi, et ceciderunt coram illo terram. 15. Et dixit ad illos Joseph, Quod factum hoc quod fecistis? nonne scivistis quod divinando divinet⁴⁰ vir qui sicut ego? 16. Et dixit Jehudah, Quid dicemus domino meo, quid loquemur? et quomodo justificabimur? DEUS invenit iniquitatem servorum tuorum; ecce nos servi domino meo, etiam nos, etiam in cujus inventus scyphus manu. 17. Et dixit, Absit mihi a faciendo hoc, vir in cujus inventus scyphus manu, ille erit mihi servus, et vos ascendite in pace ad patrem vestrum. 18. Et accessit ad eum Jehudah, et dixit, Per me, domine mi, loquatur quaeso servus tuus verbum in auribus domini mei, et ne accendatur ira tua in servum tuum, quia sicut tu sicut Pharaoh. 19. Dominus meus interrogavit servos suos, dicendo, An sit vobis pater vel frater? 20. Et diximus ad dominum meum, Est nobis pater senex, et natus senectutum minimus, et frater ejus mortuus, et relictus ille solus matri suae, et pater ejus amat illum. 21. Et dixisti ad servos tuos, Descendere facite illum ad me, et ponam oculum meum super illum. 22. Et diximus ad dominum meum, Non, potest puer relinquere patrem suum, et relinquat patrem suum, et morietur. 23. Et

³⁹ Im Autograph sind von hier an die Kapitel aus dem Wort ihrem inneren Sinn vorangestellt. Vorher waren sie auf Blättern, die im Band 1 des Autograph auf den Seiten 5 bis 94 gesammelt waren.

⁴⁰ A und I haben »divinat«.

dixisti ad servos tuos, Si non descendat frater vester minimus cum vobis, non addetis videre facies meas. 24. Et fuit, cum ascendimus ad servum tuum patrem meum, et indicavimus ei verba domini mei. 25. Et dixit pater noster, Revertimini, emite nobis parum cibi. 26. Et diximus, Non possumus descendere; si sit frater noster minimus cum nobis, et descendemus, quia non possumus videre facies viri, et frater noster minimus non ille cum nobis. 27. Et dixit servus tuus pater meus ad nos, Vos nostis quod binos pepererit mihi uxor mea. 28. Et exivit unus a me, et dixi, Verumtamen discernendo discernptus est, et non vidi illum huc usque. 29. Et sumitis etiam hunc a cum faciebus meis, et accidat illi damnum, et descendere facietis canitiem meam in malo sepulcrum. 30. Et nunc, sicut venero ad servum tuum patrem meum, et puer non ille cum nobis, et anima ejus vincta in anima ejus. 31. Et erit, sicut videre eum quod non puer, et morietur, et descendere facient servi tui canitiem servi tui patris nostri in maerore sepulcrum. 32. Quia servus tuus spondit pro puero a cum patre meo, dicendo, Si non reduxero illum ad te, et peccabo patri meo omnibus diebus. 33. Et nunc maneat quaeso servus tuus loco pueri servus domino meo, et puer ascendat cum fratribus suis. 34. Quia quomodo ascendam ad patrem meum, et puer non ille cum me; forte videro malum quod inveniet patrem meum.

CAPUT 45

1. Et non potuit Joseph continere se ad omnes stantes apud illum, et clamavit, Exire facite omnem virum ab apud me; et non stetit quisquam cum illo in notum faciendo se Joseph ad fratres suos. 2. Et edidit vocem suam in fletu, et audiverunt Aegyptii, et audivit domus Pharaonis. 3. Et dixit Joseph ad fratres suos, Ego Joseph, an adhuc pater meus vivit? et non potuerunt fratres ejus respondere illi, quia consternati a coram illo. 4. Et dixit Joseph ad fratres suos, Accedite quaeso ad me, et accesserunt, et dixit, Ego Joseph frater vester, quem vendidistis me Aegyptum. 5. Et nunc, ne dolori vobis sit, et ne irae sit in oculis vestris, quod vendideritis me huc, quia ad vivificationem misit me DEUS ante vos. 6. Quia hoc, anni duo famis in medio terrae, et adhuc quinque anni, quibus nulla aratio et messis. 7. Et misit me DEUS ante vos ad ponendum vobis reliquias in terra, et ad vivificandum vos ad evasionem magnam. 8. Et nunc non vos misistis me huc, sed DEUS, et posuit me ad patrem Pharaoni, et ad dominum omni domui suae, et dominor in omni terra Aegypti. 9. Festinate et ascendite ad patrem meum, et dicatis ad illum, Ita dixit filius tuus Joseph, Posuit me DEUS ad dominum omni Aegypto, descende ad me, ne subsistas. 10. Et habitabis in terra Goshen, et eris propinquus ad me, tu et filii tui et filii filiorum tuorum, et greges tui, et armenta tua, et omne quod tibi. 11. Et sustentabo te ibi, quia adhuc quinque anni famis, ne forte extirperis tu et domus tua, et omne quod tibi. 12. Et ecce oculi vestri vident, et oculi fratris mei Benjamin, quod ore loquens ad vos. 13. Et indicetis patri meo omnem gloriam meam in Aegypto, et omne quod videtis, et festinetis, et descendere faciat patrem meum huc. 14. Et cecidit super colla Benjaminis fratris sui, et flevit, et Benjamin flevit super collis illius. 15. Et osculatus omnes fratres suos, et flevit super illis; et postea locuti sunt fratres illius cum illo. 16. Et vox audita domo Pharaonis, dicendo,

Venerunt fratres Josephi; et bonum fuit in oculis Pharaonis, et in oculis servorum illius. 17. Et dixit Pharaoh ad Josephum, Dic ad fratres tuos, Hoc facite, onerate jumenta vestra, et ite, venite terram Canaan. 18. Et accipite patrem vestrum, et domos vestras, et venite ad me, et dabo vobis bonum terrae Aegypti, et comedetis pingue terrae. 19. Et nunc mandatum hoc facite; accipite vobis e terra Aegypti vehicula infantibus vestris et mulieribus vestris, et feratis patrem vestrum, et veniatis. 20. Et oculus vester ne parcat super supellectilibus vestris, quia bonum totius terrae Aegypti vobis hoc. 21. Et fecerunt ita filii Israelis, et dedit illis Joseph vehicula juxta os Pharaonis; et dedit illis viaticum ad viam. 22. Et omnibus illis dedit cuique mutatorias vestes; et Benjamini dedit trecentos argenti, et quinque mutatorias vestes. 23. Et patri suo misit ut hoc, decem asinos portantes e bono Aegypti, et decem asinas portantes frumentum et panem, et alimentum patri suo ad viam. 24. Et dimisit fratres suos, et iverunt; et dixit ad illos, Ne contendatis in via. 25. Et ascenderunt ex Aegypto, et venerunt terram Canaan ad Jacobum patrem eorum. 26. Et indicaverunt illi, dicendo, Adhuc Joseph vivit, et quod ille dominans in omni terra Aegypti; et defecit cor ejus, quia non credidit illis. 27. Et locuti sunt ad illum omnia verba Josephi quae locutus ad illos; et vidit vehicula quae misit Joseph ad ferendum illum; et revixit spiritus Jacobi patris illorum. 28. Et dixit Israel, Multum, adhuc Joseph filius meus vivit, ibo et videbo illum antequam morior.

CAPUT 46

1. Et profectus Israel, et omne quod illi; et venit Beershebam; et sacrificavit sacrificia DEO patris sui Jischaki. 2. Et dixit DEUS Israeli in visionibus noctis, et dixit, Jacob, Jacob, et dixit, Ecce me. 3. Et dixit, Ego DEUS, DEUS patris tui, ne timeas a descendendo Aegyptum, quia ad gentem magnam ponam te ibi. 4. Ego descendam cum te Aegyptum, et Ego ascendere faciam te etiam ascendendo: et Joseph ponet manum suam super oculos tuos. 5. Et surrexit Jacob e Beersheba, et tulerunt filii Israelis Jacobum patrem suum, et infantes suos, et mulieres suas, in vehiculis quae misit Pharaoh ad ferendum illum. 6. Et acceperunt pecus suum, et acquisitionem suam quam acquisiverunt in terra Canaan, et venerunt Aegyptum, Jacob et omne semen ejus cum illo. 7. Filios suos et filios filiorum suorum secum, filias suas et filias filiorum suorum, et omne semen suum, adduxit secum Aegyptum. 8. Et haec nomina filiorum Israelis venientium Aegyptum, Jacobi et filiorum ejus; primogenitus Jacobi Reuben. 9. Et filii Reubenis, Chanoch et Pallu, et Chezron, et Carmi. 10. Et filii Shimeonis, Jemuel et Jamin, et Ohad, et Jachin, et Zochar, et Shaul filius Canaanitidis. 11. Et filii Levi, Gershon, et Kehath, et Merari. 12. Et filii Jehudae, Er et Onan et Shelah, et Perez et Zerach; et mortuus est Er et Onan in terra Canaan, et fuerunt filii Perez, Chezron et Chamul. 13. Et filii Jisaschar, Tola et Puvah, et Job, et Shimron. 14. Et filii Zebulun, Sered et Elon, et Jachleel. 15. Hi filii Leae, quos peperit Jacobo in Paddan-Aram; et Dinah filia illius: omnes animae filiorum ejus et filiarum ejus, triginta et tres. 16. Et filii Gad, Zipion et Chaggi, Shuni et Ezbon, Eri et Arodi, et Areli. 17. Et filii Asher, Jimnah et Jishvah, et Jishvi, et Beriah, et Serah soror illorum; et filii Beriae, Cheber et Malchiel. 18. Hi filii Zilpae, quam dedit Laban Leae filiae suae, et peperit hos Jacobo, sedecim animae. 19. Filii Rachelis uxoris Jacobi,

Joseph et Benjamin. 20. Et natum Josepho in terra Aegypti, quos peperit illi Asenath filia Potipherae sacerdotis On, Menasheh et Ephraim. 21. Et filii Benjaminis, Bela et Becher, et Ashbel, Gera et Naaman, Ehi et Rosh, Muphim et Chuphim, et Ard. 22. Hi filii Rachelis, qui nati Jacobo, omnes animae quatuordecim. 23. Et filii Danis, Chushim. 24. Et filii Naphtali, Jahzeel, et Guni, et Jezer, et Shillem. 25. Et filii Bilhae, quam dedit Laban Racheli filiae suae, et peperit hos Jacobo; omnes animae septem. 26. Omnis anima veniens Jacobo Aegyptum, egressi femur ejus, praeter feminas filiorum Jacobi, omnes animae sexaginta et sex. 27. Et filii Josephi, qui nati illi in Aegypto, animae duae; omnes animae domui Jacobi venientis Aegyptum, septuaginta. 28. Et Jehudam misit ante se ad Josephum, ad monstrandum ante se Goshen, et venerunt terram Goshen. 29. Et alligavit Joseph currum suum, et ascendit obviam Israeli patri suo Goshenem; et visus ad illum, et cecidit super colla ejus, et flevit super collis ejus diu. 30. Et dixit Israel ad Josephum, Moriar hac vice, postquam vidi facies tuas, quod adhuc tu vivas. 31. Et dixit Joseph ad fratres suos, et ad domum patris sui, Ascendam et indicabo Pharaoni, et dicam ad illum, Fratres mei et domus patris mei, qui in terra Canaan, venerunt ad me. 32. Et viri pastores gregis, quia viri pecoris sunt; et greges suos et armenta sua, et omnia quae illis, venire fecerunt. 33. Et sit quod vocet vos Pharaoh et dicat, Quid opera vestra? 34. Et dicatis, Viri pecoris fuerunt servi tui a pueritiis suis, et usque ad nunc, etiam nos etiam patres nostri; propterea ut habitetis in terra Goshen; quia abominatio Aegyptiorum omnis pastor gregis.

CAPUT 47⁴¹

1. Et venit Joseph, et indicavit Pharaoni, et dixit, Pater meus et fratres mei, et greges eorum et armenta eorum, et omnia quae illis, venerunt e terra Canaan, et ecce illi in terra Goshen. 2. Et e parte fratrum suorum accepit quinque viros, et statuit illos coram Pharaone. 3. Et dixit Pharaoh ad fratres ejus, Quid opera vestra? et dixerunt ad Pharaonem, Pastor gregis servi tui, etiam nos, etiam patres nostri. 4. Et dixerunt ad Pharaonem, Ad peregrinandum in terra venimus, quia nullum pascuum gregi qui servis tuis, quia gravis fames in terra Canaan, et nunc habitent quaeso servi tui in terra Goshen. 5. Et dixit Pharaoh ad Josephum, dicendo, Pater tuus et fratres tui venerunt ad te. 6. Terra Aegypti coram te haec, in optimo terrae habitare fac patrem tuum et fratres tuos, habitent in terra Goshen; et si nosti, et sit in illis viri strenuitatis, et ponas illos principes pecoris super quod mihi. 7. Et venire fecit Joseph Jacobum patrem suum, et statuit illum coram Pharaone; et benedixit Jacob Pharaoni. 8. Et dixit Pharaoh ad Jacobum, Quot dies annorum vitae tuae? 9. Et dixit Jacob ad Pharaonem, Dies annorum peregrinationum mearum triginta et centum anni; parum et mali fuerunt dies annorum vitae meae, et non attigerunt dies annorum vitae patrum meorum, in diebus peregrinationum illorum. 10. Et benedixit Jacob Pharaoni, et egressus a coram Pharaone. 11. Et habitare fecit Joseph patrem suum et fratres suos, et dedit illis

⁴¹ Dieses ganze Kapitel und seine Auslegungen werden in A vermisst. Die Aufschrift des vorangehenden Kapitels lautet »Geneseos Caput xlvii, n. 5994 ad 6058«, aber »xlvi« ist in »xlvi« umgeändert worden.

possessionem in terra Aegypti in optimo terrae, in terra Rameses, quemadmodum praecepit Pharaoh. 12. Et sustentavit Joseph patrem suum et fratres suos, et totam domum patris sui pane ad os infantis. 13. Et panis nullus in omni terra, quia gravis fames valde, et laborabat terra Aegypti et terra Canaan a coram fame. 14. Et collegit Joseph omne argentum inventum in terra Aegypti et in terra Canaan, in annona, quam illi ementes, et venire fecit Joseph argentum domum Pharaonis. 15. Et consumptum argentum e terra Aegypti et e terra Canaan, et venerunt omnis Aegyptus ad Josephum, dicendo, Da nobis panem, et cur moriemur juxta te, quia deficit argentum? 16. Et dixit Joseph, Date pecora vestra, et dabo vobis in pecoribus vestris, si deficit⁴² argentum. 17. Et venire fecerunt pecora sua ad Josephum, et dedit illis Joseph panem pro equis, et pro pecore gregis, et pro pecore armenti, et pro asinis, et providit illos pane pro omni pecore eorum, in anno hoc. 18. Et finitus annus hic, et venerunt ad illum in anno altero, et dixerunt ei, Non celabimus a domino, siquidem consumptum argentum, et pecus bestiae, ad dominum, non relictum coram domino praeter quam corpus nostrum et humus nostra. 19. Quare moriemur ad oculos tuos, etiam nos, etiam humus nostra? eme nos et humum nostram pro pane, et vivemus nos et humus nostra servi Pharaoni, et da semen, et vivamus et non moriamur, et humus non vastata sit. 20. Et emit Joseph omnem humum Aegypti Pharaoni, quia vendiderunt Aegyptii quisque agrum suum, quoniam invaluit super illos fames; et fuit terra Pharaoni. 21. Et populum transtulit illum ad urbes a fine termini Aegypti et ad finem illius. 22. Solum humum sacerdotum non emit, quia pars statuta sacerdotibus a Pharaone, et comederunt partem statutam suam, quam dederat illis Pharaoh, propterea non vendiderunt humum suam. 23. Et dixit Joseph ad populum, Ecce emi vos hodie, et humum vestram, Pharaoni, en vobis semen, et seratis humum. 24. Et erit, in proventibus et dabitis quintam Pharaoni, et quatuor partes erit vobis ad semen agri, et ad cibum vestrum, et illis in domibus vestris, et ad cibum infantibus vestris. 25. Et dixerunt, Vivificasti nos, inveniamus gratiam in oculis domini, et erimus servi Pharaoni. 26. Et posuit illud Joseph ad statutum usque ad diem hunc super humum Aegypti Pharaoni ad quintam; solum humus sacerdotum, tantum illorum non fuit Pharaoni. 27. Et habitavit Israel in terra Aegypti, in terra Goshen, et possessionem habuerunt in illa; et fructificarunt se, et multiplicati valde. 28. Et dixit Jacob in terra Aegypti septendecim annis; et fuit dies Jacobi anni vitae illius septem anni et quadraginta et centum anni. 29. Et appropinquaverunt dies Israelis ad moriendum, et vocavit filium suum Josephum, et dixit ei, Si quaeso inveni gratiam in oculis tuis, pone quaeso manum tuam sub femore meo, et facias mecum misericordiam et veritatem, ne quaeso sepelias me in Aegypto. 30. Et cubem cum patribus meis, et feras me ex Aegypto, et sepelias me in sepulcro illorum; et dixit, Ego faciam secundum verbum tuum. 31. Et dixit, Jura mihi; et juravit ei; et incurvavit se Israel super caput lecti.

⁴² I hat »defecit«, sofern nicht A [»defecit«] anzeigt.

CAPUT 48

1. Et fuit post verba illa, et dixit ad Josephum, Ecce pater tuus aegrotat; et accepit duos filios suos secum, Menashen et Ephraimum. 2. Et indicavit Jacobo, et dixit, Ecce filius tuus Joseph venit ad te; et confirmavit se Israel, et sedit super lecto. 3. Et dixit Jacob ad Josephum, DEUS Shaddai visus ad me in Luz in terra Canaan, et benedixit mihi. 4. Et dixit ad me, Ecce Ego fructificans te, et multiplicar faciam te, et dabo te ad coetum populorum, et dabo terram hanc semini tuo post te possessionem aeternam. 5. Et nunc duo filii tui nati tibi in terra Aegypti usque ad me venire ad te Aegyptum, mihi illi, Ephraim et Menasheh, sicut Reuben et Shimeon erunt mihi. 6. Et generatio tua quam generas post illos, tibi erunt; super nomine fratrum suorum vocabuntur in hereditate sua. 7. Et ego in veniendo me e Paddan, moriebatur super me Rachel in terra Canaan in via in adhuc tractus terrae ad veniendum Ephratam, et sepelivi illam ibi in via Ephrath⁴³, ea Bethlehem. 8. Et vidit Israel filios Josephi, et dixit, Cui illi. 9. Et dixit Joseph ad patrem suum, Filii mei hi, quos dedit mihi DEUS hic; et dixit, Accipe illos quaeso ad me, et benedicam illis. 10. Et oculi Israelis graves erant prae senectute, non potuit videre; et accedere fecit illos ad eum, et osculatus illos, et amplexus illos. 11. Et dixit Israel ad Josephum, Videre facies tuas non cogitavi, et ecce videre fecit mihi DEUS etiam semen tuum. 12. Et abduxit Joseph illos ex femoribus ejus, et incurvavit se ad faciem suam terram. 13. Et accepit Joseph ambos illos, Ephraimum in dextra sua a sinistra Israelis, et Menashen in sinistra sua a dextra Israelis, et accedere fecit ad eum. 14. Et misit Israel dextram suam et posuit super capite Ephraimi, et is minor, et sinistram suam super capite Menashis, conversim misit manus suas, quia Menasheh primogenitus. 15. Et benedixit Josepho, et dixit, DEUS coram Quo ambularunt patres mei, Abraham et Jischak, DEUS pascens⁴⁴ me ab illo me usque ad diem hunc. 16. Angelus redimens me ab omni malo, benedicat pueris, et vocabitur in illis nomen meum, et nomen patrum meorum Abrahami et Jischaki, et crescant ad multitudinem in medio terrae. 17. Et vidit Joseph quod posuit pater ejus manum dextram suam super capite Ephraimi, et malum fuit in oculis ejus, et apprehendit manum patris sui ad removendum illam a super capite Ephraimi super caput Menashis. 18. Et dixit Joseph ad patrem suum, Non ita pater mi, quia hic primogenitus, pone dextram tuam super capite ejus. 19. Et renuit pater ejus, et dixit, Scio, fili mi, scio, etiam hic erit ad populum, et etiam hic magnus fiet; et verumtamen frater ejus minor magnus fiet prae illo, et semen illius erit plenitudo gentium. 20. Et benedixit illis in die hoc, dicendo, In te benedicet Israel, dicendo, Ponat te DEUS sicut Ephraimum et sicut Menashen; et posuit Ephraimum ante Menashen. 21. Et dixit Israel ad Josephum, Ecce ego morior, et erit DEUS cum vobis, et reducet vos ad terram patrum vestrorum. 22. Et ego do tibi portionem unam super fratres tuos, quam sumpsi e manu Emoraei gladio meo et arcu meo.

⁴³ [Zu »et sepelivi illam ibi in via Ephrath«:] I lässt hier diesen Satzteil aus.

⁴⁴ A [und] I haben hier »pavens«, ebenso in AC 6274, 6277; Sch hat »qui pavit me«, und »pavit« ist eine Vergangenheitsform sowohl von »paveo« (= fürchten) als auch von »pasco« (= weiden). Heb רעה (= weiden, ein Hirte sein für).

CAPUT 49

1. Et vocavit Jacob filios suos, et dixit, Colligimini, et indicabo vobis quid continget vobis in postremitate dierum. 2. Congregamini, et audite filii Jacobi, et audite ad Israelem patrem vestrum. 3. Reuben primogenitus meus, tu robur meum, et principium virium mearum, excellens eminentia et excellens valore. 4. Levis sicut aqua, ne excellas, quia ascendisti cubilia patris tui, tunc profanasti, stratum meum ascendit. 5. Shimeon et Levi fratres, instrumenta violentiae machaerae eorum. 6. In secretum eorum ne veniat anima mea, in congregatione eorum ne uniatur gloria mea, quia in ira sua occiderunt virum, et in beneplacito suo enervarunt bovem. 7. Maledicta ira eorum quia vehemens, et excandescencia eorum quia dura; dividam eos in Jacobo, et dispergam eos in Israele. 8. Jehudah tu, celebrabunt te fratres tui, manus tua in cervice hostium tuorum; incurvabunt se tibi filii patris tui. 9. Catulus leonis Jehudah, a praeda, fili mi, ascendisti, curvavit se, cubuit sicut leo, et sicut leo vetulus, quis suscitabit eum. 10. Non removebitur sceptrum a Jehudah, et legislator ab inter pedes ejus, usque dum venit Shiloh, et ei oboedientia populorum. 11. Alligat ad vitem asellum suum, et ad vitem praestantem filium asinae suae; lavat in vino vestimentum suum, et in sanguine uvarum velamen suum. 12. Ruber oculis a vino, et albus dentibus a lacte. 13. Zebulun ad portum marium habitabit, et is ad portum navium, et latus ejus super ad Zidonem. 14. Jisaschar asinus osseus, cubans inter sarcinas. 15. Et videbit quietem quod bona, et terram quod amoena, et inclinabit humerum suum ad bajulandum, et erit tributo serviens. 16. Dan judicabit populum suum sicut una tribuum Israelis. 17. Erit Dan serpens super via, serpens jaculus super semita, mordens calcaneos equi, et cadet eques ejus retrorsum. 18. Salutem Tuam exspecto Jehovah. 19. Gad, turma depopulabitur illum, et is depopulabitur calcaneum. 20. Ab Ashere, pinguis panis ejus, et ille dabit delicias regis. 21. Naphtali cerva dimissa, dans sermones elegantiae. 22. Filius fecundae Joseph, filius fecundae supra fontem, filiae, incedit supra murum. 23. Et exacerbant eum, et jaculantur, et odio habent eum sagittarii. 24. Et sedebit in valido arcus sui, et roborantur brachia manuum ejus, a manibus potentis Jacobi, exinde pastor, lapis Israelis. 25. A Deo patris tui, et juvabit te, et cum Shaddai, et benedicet tibi benedictionibus caeli desuper, benedictionibus abyssi cubantis infra, benedictionibus uberum et uteri. 26. Benedictiones patris tui praevallebunt super benedictionibus genitorum meorum, usque ad desiderium collium saeculi; erunt capiti Josephi, et vertici naziraei fratrum ejus. 27. Benjamin lupus, rapiet in mane, comedet spoliolum, et ad vesperam dividet praedam. 28. Omnes hae tribus Israelis duodecim; et hoc quod locutus illis pater illorum, et benedixit illis, cuique quod secundum benedictionem ejus benedixit illis. 29. Et praecepit illis et dixit ad illos, Ego colligor ad populum meum, sepelite me ad patres meos, ad speluncam quae in agro Ephronis Chittaei. 30. In spelunca quae in agro Machpelah, quae super facies Mamre, in terra Canaan, quam emit Abraham cum agro ex Ephrone Chittaeo ad possessionem sepulcri. 31. Ibi sepeliverunt Abrahamum et Saram uxorem ejus, ibi sepeliverunt Jischakum et Rebeccam uxorem ejus, et ibi sepelivi Leam. 32. Emptio agri et speluncae quae in illo, ex filiis Chethi. 33.

Et absolvit Jacob ad praecipendum filiis suis, et collegit pedes suos ad lectum, et exspiravit, et collectus ad populos suos.

CAPUT 50

1. Et cecidit Joseph super facies patris sui, et flevit super illo, et osculatus illum. 2. Et praecepit Joseph servis suis medicis ad condiendum patrem suum; et condierunt medici Israellem. 3. Et impleti ei quadraginta dies, quia ita implentur dies conditorum; et flevit illum Aegyptii Septuaginta dies. 4. Et transiverunt dies fletus ejus, et locutus Joseph ad domum Pharaonis, dicendo, si quaeso inveni gratiam in oculis vestris, loquimini quaeso in auribus Pharaonis, dicendo. 5. Pater meus adjuravit me, dicendo, Ecce ego morior, in sepulcro meo, quod fodi mihi in terra Canaan, ibi sepelias me; et nunc asendam quaeso, et sepelium patrem meum, et revertar. 6. Et dixit Pharaoh, Ascende et sepeli patrem tuum, quemadmodum adjuravit te. 7. Et ascendit Joseph ad sepeliendum patrem suum, et ascenderunt cum eo omnes servi Pharaonis, seniores domus ejus et omnes seniores terrae Aegypti. 8. Et tota domus Josephi, et fratres ejus, et domus patris sui; tantum infantes suos, et greges suos, et armenta sua, reliquerunt in terra Goshen. 9. Et ascendit cum eo etiam⁴⁵ currus, etiam equites, et erat exercitus gravis valde. 10. Et venerunt ad aream Atad, quae in transitu Jordanis, et planxerunt ibi planctum magnum et gravem valde, et fecit patri suo luctum septem dies. 11. Et vidit habitator terrae Cananaeus luctum in area Atad, et dixerunt, Luctus gravis hic Aegyptiis, propterea vocavit nomen ejus Abel Mizraim qui in transitu Jordanis. 12. Et fecerunt filii ejus ita, quemadmodum, praeceperat illis. 13. Et tulerunt illum filii ejus terram Canaanem, et sepeliverunt illum in spelunca agri Machpelah, quam emerat Abraham cum agro ad possessionem sepulcri ex Ephrone Chittaeo, super facies Mamre. 14. Et reversus Joseph Aegyptum, is et fratres ejus, et omnes ascendentes cum eo ad sepeliendum patrem ejus, postquam sepelire eum patrem suum. 15. Et viderunt fratres Josephi quod mortuus pater illorum, et dixerunt, Fortassis odio habebit nos Joseph, et reducendo reducet nobis omne malum quod retribuimus illi. 16. Et praeceperunt ad Josephum, dicendo, Pater tuus praecepit ante mori eum, dicendo. 17. Ita dicatis ad Josephum, Quaeso remitte quaeso praevaricationem fratrum tuorum, et peccatum illorum, quia malum retribuerunt tibi; et nunc remitte quaeso praevaricationem servorum DEI patris tui; et flevit Joseph in loqui illos ad eum. 18. Et iverunt etiam fratres ejus, et ceciderunt coram eo, et dixerunt, Ecce nos tibi ad servos. 19. Et dixit ad illos Joseph, Ne timeatis, quia num pro DEO ego? 20. Et vos cogitastis super me malum, DEUS cogitavit id ad bonum propter facere secundum diem hunc, ad vivificandum populum magnum. 21. Et nunc ne timeatis, ego sustentabo vos, et infantes vestros; et consolatus illos, et locutus super cor illorum. 22. Et habitavit Joseph in Aegypto, is et domus patris ejus; et vixit Joseph centum et decem annos. 23. Et vidit Joseph Ephraimo filios tertianorum; etiam filii Machir, filii Menashis nati super genibus Josephi. 24. Et dixit Joseph ad fratres suos, Ego morior, et DEUS visitando visitabit vos, et ascendere

⁴⁵ [In der dritten Ausgabe steht irrthümlich »etiam«.]

faciet vos e terra hac ad terram quam juravit Abrahamo, Jischako et Jacobo. 25. Et adjuravit Joseph filios Israelis, dicendo, Visitando visitabit DEUS vos, et ascendere facietis ossa mea exhinc. 26. Et moriebatur Joseph filius centum et decem annorum; et condierunt eum; et ponebatur in arca in Aegypto.

4. Mai 2008